

CAMILLO CERONETTO

DOCTORI THEOLOGO

ECCLESIAM BONONIENSEM

VICE SACRA

ADMINISTRANTI

PHILIPPVS SCHIASSIVS

Quod librum hunc inscriptionum mea-  
rum, qui nunc prodit in lucem, tuo exor-  
natum nomine, Vir præclarissime, Tibi si-  
stam, nihil equidem caussæ esse puto, cur  
vel mireris, vel abnuas. Si enim vel leviter  
attenderis, nihil fieri accommodatius posse

\*

intelliges. Nam cum ejus generis inscriptio-  
num Specimen primum Viro Eminentissi-  
mo Carolo Oppizzonio Cardinali, Archie-  
piscopo nostro, nuncupaverim, quid aliud  
erat reliquum, quam ut gravissimam per-  
sonam Ejus sustinenti Tibi Specimen alte-  
rum nuncuparem? Neque vero ex rei, quam  
offerо, tenuitate verendum mihi existimavi,  
ne minus accepta Tibi futura hæc esset  
nuncupatio. Cum enim benignitate incredi-  
bili, ac plane summa, tantus is Vir, cuius  
nunc vicem geris, Specimen illud primum  
exceperit, haud sane dubito, quin Tu be-  
nignitate eadem Specimen hoc alterum sis  
excepturus, nisi virtutes Ejus omnes, omni-  
bus in rebus, qui æmularis, virtuti huic  
uni, atque hac una in re deesse velis.  
Enimvero cum doctrina, prudentia, religio-

nis studio, fortitudine animi, morumque  
cum integritate, tum comitate præstes, be-  
nignitatis item laude (quod expertus affir-  
mo) concedis nemini. Me enim semper  
singulari quadam humanitate, benevolen-  
tiaque complexus es. Accedit librum abs  
Te repudiari non posse, qui inscriptionem  
vel sub initium proferat optimi viri patris  
tui; paternæ autem amissionis recordatio  
etsi, quæ hominum natura est, accidat luc-  
tuosa, Tibi tamen, quæ tua est virtus,  
cælestia semper spectanti, non sine qua-  
dam jucunditate animo tuo obversetur ne-  
cesse est. Ego vero inscriptionis ejus num-  
quam memini, quin mihi præclara quoque tua  
in me voluntas subeat, quod illam abs me  
inter cæteros exarari concupiveris; id quod  
pergratum equidem habui, atque in hono-

ris loco posui. Quare nunc upationis hujus  
consilium eo libentius cepi, quod per eam  
cum veteris existimationis in Te meæ, tum  
grati etiam animi significationem exhibere  
aliquam publice possim. Tu illam, quæ-  
so, pro more tuo æqui bonique facias.

M. Non. Majas. A. MDCCCLXV.

## AD LECTOREM.


**I**nscriptionum Cœmeterii nostri, quas ex ejus origine in annum millesimum octingentesimum octavum exaravi, emisi jam Specimen primum: sequatur, ut quas exinde confeci in annum proximum superiorem, earum Specimen alterum emitterem. Ab vero facerem ne, an non, vehementer dubitavi, Lector optime. Occurrebant enim non pauca, quæ suspensum, anticipitemque animum tenerent. Nam ex una parte satis intelligebam, quid illud esset, quod ederem; in quo nempe inanitatis plurimum inesset, utilitatis parum, vel potius nihil. Si quid enim elegantiarum in eo sit, id excerptum ab aliis cum fuerit, ab aliis jam parta hæc utilitas, et in publicum derivata est; si quid ex meo penu desumpsi, incomptum agnosco, atque inficetum. Varietatis præterea vix quidquam in his rebus est, aut ne vix quidem; ut earum lectione nihil possit esse insuavius. Itaque de his edendis consilium penitus abjeceram. Sed quæ contrasunderent, non pauca item ex alia parte occurrerant. Erant enim, qui affirmarent, non esse incepsum opus dimitendum; exspectari illud a multis,

efflagitari, jure quodam suo expeti; in harum editione rerum, nisi ingenii mei famæ, periculi nihil subesse præterea; nihil certe, quo quispiam offendи possit, nihil quo detrimenti quidquam capiat; immo potius officinatori huic librario nostro (quandoquidem id palam dicere haud prohibeor) spem lucelli aliquam positam esse; ne auferrem, rogare illum etiam atque etiam. Ego vero me fatior his tandem, ut sæpe alias, permotum esse; vimque mihi ipse facere sentiebam, si qui omnibus semper, quibuscumque rebus potui, morem gerere consueverim, nunc primum ab instituto meo deflectens, tam honesta præsertim potentibus negassem non alia de caussa, quam quod laudem inde me consecuturum nullam providerem; quasi vero ut laudem aucuparer, non ut que munera mei essent, explerem, omnem vitæ meæ, studiorumque rationem instituendam mihi, componendamque censuissem. Sed quid opus est pluribus? Inscriptio[n]es hasce in vulgus prodere constitui. In quarum quidem delectu diligenter præstiti, ne quæpiam abesset, quam quis cupere se ut divulgam, significaverit. Ex reliquis vero omisi quidem non paucas, que cæteroquin omitti debere non videbantur; has tamen omittendas putavi, quod vel inter eas ediderim, quas pro sepulcris, et funeribus nonnullorum bononiensium, et exterritorum composui, vel inter eas sim editurus, quas

monumentorum ære incisorum fasciculis in lucem  
partim prolatis, partim proferendis subjiciam. Ita  
inscriptionibus aliis locum feci, in quibus quid-  
piam esset, quo legentibus satis tam, quantum  
fieri possit, ex aliquantula varietate minuerem;  
in eundemque finem nonnulla etiam inter eden-  
dum mutavi, addidi, subduxvi. Quod an ex sen-  
tentia cesserit, equidem nescio. Plane enim video,  
quam sim in his contexendis, nimirum ex tardi-  
tate ingenii, infecundus, et uox otiosa. Quibus  
ingenium est promptum, et ferax, iis, tametsi in  
ipsissimarum semper enunciandarum rerum neces-  
sitate, sententiæ suppetent, dictionesque cum mul-  
tiplices, tum ab hoc scriptioñis genere, rigido me-  
hercle, severoque, minime abhorrentes: ut nihil  
optabilius videatur, quam ut docti plures, quam  
hactenus extiterint, ad ejusmodi inscriptiones  
pangendas animum adjungant. Ego quidem omnes,  
quibus per studiorum rationem liceat, ad id hor-  
tari non desinam. Quod vero ad me attinet, con-  
silium mihi est alia quedam deinceps aggredi,  
fortasse utiliora, meis certe viribus magis accom-  
modata; ea scilicet, quæ potius diligentiam postue-  
lent, quam ingenium.

## PARTITIO INSCRIPTIONVM.

Epitaphia Virorum	pag. 1
Epitaphia Feminarum	53
Epitaphia Puerorum	107
Epitaphia Puellarum	115
Epitaphia Sacricolarum	121
Epitaphia Virginum Deo Devotarum	137
Epitaphia Sepulcrorum Communium	143
Epitaphia Sepulcrorum Inlatorum	151
Epitaphia Poetica	161



EPITAPHIA VIRORVM

---

( i )

CINERIBVS · ET · MEMORIAE  
IACOBI · PETRI · F · LAZZARI  
HOMINIS · PISSIMI  
QVI  
PVERIS · FESTO · QVOQVE · DIE · CONVOCANDIS  
ASCETERIVM · AD · CAROLI · ET · AMBROSII  
DE · PECVNIA · SVA · PARAVIT  
VIXIT · A · LXVIII · OBIIT · XIII · K · FEBR · A · MDCCCVIII  
GERTRVDA · BOLDRINIA · VXOR  
CVM · FILIIS · SEX · M · P ·

( ii )

**P** ALOISIO · CERONETTO **P**  
VIRO · INDVSTRIO · FRVGI · PIENTI  
BENIGNISSIMO · IN · AERVVMNOSOS  
QVIBVS · EGESTAS · PVDORI · EST  
VIXIT · A · LXV  
OBIIT · EX · INSPERATO · X · K · FEBR · A · MDCCCVIII  
CAMILLVS · CERONETTVS · THEOL ·  
ET · SORORES · SEX  
PATRI · BENE · MERENTI · INCOMPARABILI

a

( III )

QUIETI · ET · PIETATI  
 DOMINICI · IOANNIS · F · TAGLIAVINII  
 HOMINIS · PUDENTISSIMI · ABSTINENTISSIMI  
 QUI · AGENS · ANNVM · LXXII  
 DECESSIT · VI · ID · FEBRVAR · A·M·DCCC·VIII  
 ALOISIVS · TAGLIAVINIUS · SAC · DOCT · PHIL ·  
 SVPREMV M · OFFICIV M · PRAESTITIT  
 PATRI · CARISSIMO · B · M ·

( IIII )

**R** NICOLAO · ZINIO **R**

HIC · A · PVERITIA · CORPORE · EX · APOPLEXI · CAPTVS  
 ANIMO · PROMPTO · ET · SOLLERTI · AD · SENECT · VIGVIT  
 IDEM · PIETATIS · OFFICIA · ENIXE · FECIT  
 VIX · A · LXXXII · M · V · OB · VIII · K · MART · A · MDCCCVIII  
 JOSEPHVS · ET · THERESIA

FRATRI · OPTIMO · P · C ·

( V )

PETRI · CVRTI

FIDICINIS

HOMINIS · MORVM · INCORRVPTORVM

VIX · A · XXVI · OB · V · ID · MAIAS · A · MDCCCVIII

IN · PAGE · 828 · 1874

( vi )

**R** HIC • IACET **R**

ALOISIVS • FABRIVS

MAGISTER • PRIOR • SODALIVM • STIGMATICIANORVM

QVIBVS • ADSIDVITATE • ET • RELIGIONE

EXEMPLIO • FVIT

VIXIT • A • LXVIII • M • VIII • D • XV

DECESSIT • IN • PACE • III • ID • IVNIAS

ANNO • M•D•CCC•VIII

HH • POS •

( vii )

PAVLLO • GASPARI • MARANESIO

HOMINI • PROBO • RELIGIOSO

CVIVS • LABORE • ET • INDVSTRIA

AD DOMVI • EIVS

SVBSTANTIA • OMNIS • COMPARATA • EST

VIXIT • A • LXIII • M • V • D • XI

OBIRT • XIII • K • AVG • A • MDCCGVIII

ANNA • VCCELLIA

VXOR

MARIA • MARANESIA • PRADELLIA

ET • ALOISIVS • ET • THERESIA • ET • FRANCISCVS

FILII

MOERENTES • FECERVNT

( VIII )

A  Ω

IGNATIO · FRANCISCI · F · MAGNANIO

VRISCONSULTO

COOPTATO · IN COLL · CC · VIRVM

ELECTORVM · REGNI · DOCTORVM

PRAESIDI · PRIMO · IVDICVM

LITIB · APPELLATIONE · INTERPOSITA · DIRIMENDIS  
ADLECTO · IN · CONSILIVM · PRINCIPIS · LEGIB · FACIVND ·

E · PROCRIBVS · SECUNDI ORDINIS

EQVITVM · CORONA · FERREA

VIRO

INGENIO · DOCTRINA · ELOQVENTIA · PRAESTANTI  
IN · VARIO · REI · PVBLICAB · STATV

MVNERIBVS · ET · HONORIBVS · AMPLISSIMIS

PERFVNCTO

QUI · VIXIT · A · LXVIII · M · III · D · XIIII

DECESSIT · XIII · K · SEPTEMBR · A · MDCCCVIII

ROSLIA · LODIA

DONATARIA · ET · HERES

MARITO · OPTIME · DE · SE · MERITO

PONEND · CVRAVIT

( VITII )

**X**

ANGELO · GANDOLFIO

**X**

VIRO · FRVGI

ERVDITIONIS · AMANTISSIMO

QVI · SCILLANAM · SERIEM · NVMMOR · PONTI · MAXX ·

AD · HAEC · VSQVE · TEMPORA · PRODVCTAM

ET · MONETAS · ET · NOMISMATA · OMNIGENA

MVLTO · STVDIO · COMPARAVIT · ORDINAVITQVE

VIXIT · A · LVIII · M · IIII · D · VIII

OBIIT · PRID · K · OCTOBR · A · M · DCCC · VIII

FRANCISCA · SOLIMEIA

VXOR · QVAE · ET · HERES

FECIT · MARITO · DVLCISSIMO · B · M ·

( x )

IOAN · PHILIPPO · MINELLO

MVLTO · DOMO · BAZZANO

ADOLESCENTI · RARISSIMO

QVI

INGENIO · ET · SVAVITATE · MORVM · PRAESTITIT

CALLIGRAPHIAM · EXIMIE · TENVIT

MATHESI · EA · CONTENTIONE · STVDVIT

VT · VITAE · DISPENDIVM · FECERIT

PARENTES · MOESTISS · P · FILIO · DESIDERATISS ·

VIX · A · XX · OB · XVII · K · DECEMBER · A · MDCCCVIII

(xi)

ONVPHRIO · PETRONII · F · MVRATORIO  
 VIRO · INGENII · CELERRIMI  
 QUI · REM · MERCATORIAM · ET · ARGENTARIAM  
 APPRIME · CALLVIT  
 VIX · A · XXXXVII · DEC · VII · ID · DECEMBER · A · MDCCCVIII  
 MARIANNA · DVLGINATA  
 VXOR  
 CVM · FRANCISCO · LVDOVICO · FAVSTINA  
 FILIOLIS  
 MOESTISSIMA · F · C ·

(xii)

FRANCISCO · SANDELLIO  
 VIRO · HONESTISSIMO  
 QUI  
 MVNVS · EXPEDITIONIS · CAVSSAR · CRIMINALIVM  
 ADCVRANDAE  
 A · MAIORIBVS · SVIS · PRAESTITVM  
 ANNOS · AMPLIUS · L · SEDVLO · PEREGIT  
 VINCTIS · OMNI · PIETATE · OPITVLATVS · EST  
 VIX · A · LXXXII · DEC · VI · K · DECEMBER · A · MDCCCVIII  
 FILII · FILIAEQVE  
 ET · NEPOTES · EX · FILIA · PRAEMORTVA  
 PATRI · ET · AVO · CARISSIMO · POSVERVNT

( XIII )

A  Ω

PASCHALI · ANTINORIO

PHILOSOPHO · MEDICO

CIVIBVS · EXTERISQUE

PROPTER · OPINIONEM · DOCTRINAE

ET · PERITIAE · ARTIS · SVAE

PROBATISSIMO

QVI · DEVVM · IMPENSE · COLVIT

FRATRIS · FILIOS · PATRE · ORBOS

DILEXIT · FOVITQVE · VT · SVOS

EGENIS · SVBSIDIVM · ADTVLIT

VIXIT · A · LXXXIII · M · VIII · D · VIII

DECESSIT · POSTRID · ID · IAN ·

A · MDCCCX

HEIC · SITVS · EST · CVM · FETV

QVEM · A · SE · ADHVC · ADOLESCENTE

MANV · STRENNISSIMA · EXPERIENTISSIMAQ ·

E · MATRE · DEMORTVA · VIVVM · EXTRACTVM

BAPTISMATE · SANCTO · ABLVTVM

ET · POST · MORTEM · EIVS · DOMI · SERVATVM

SECVM · HVMARI · IVSSIT

HEREDES · AB · INTESTATO

POSVERVNT

( xiii )



PHILIPPO · LIPPARINIO  
 ARTIFICI · LIGNARIO · OPERIS · VERMICVLATI  
 HOMINI · OFFICIOSISSIMO  
 QVI · NIHIL · NON · AMICORVM · CAVSSA  
 SIBI · PRAESTANDVM · DVXIT  
 PIVS · VIXIT · A · XXXXII · M · II · D · XX  
 DECESSIT · XII · K · FEBRVAR · A · MDCCCX  
 PAVLLVS · LIPPARINIVS  
 FRATRI · BENEMERENTI · P · C ·

( xv )

P HIC · JACET P  
 CAROLVS · INNOCENTII · F · BENTIVOGLIVS  
 QVI · CAELIBEM · DEDITAMQ · VIRTVTIBVS · VITAM  
 EGIT · ANNOS · LVIII  
 OBIIT · III · K · FEBRVAR · A · MDCCLX  
 IOANNES · BENTIVOGLIVS · SAC ·  
 FRATRI · OPTIMO  
 M · P ·

EPITAPHIA VIRORVM

9

( XVI )

H . S . E .

HIPPOLYTVS · NICOLAI · F · SCVRIVS · ROMANZIVS  
COOPTATVS · IN · COLL · TABELLIONVM  
QVI · PIUS · VIXIT · A · LXXII · M · I · D · XV  
DECESSIT · XV · K · MARTIAS · A · MDCCCX  
DOROTHEA · FABRIA  
QVAE · ANTE · MENSES · QVINQUE  
MATREM · CONDIDIT  
NVNC · HEV · CONDIT · ET · PATREM

( XVII )

IOAN · IOSEPHO · FABRIO  
PHILOSOPHO · MEDICO · ANATOMICO  
DOCTORI · ARCHIGYMNASII  
SODALI · INSTITVTI · MARSILIANI  
COOPTATO · IN · COLL · CC · VIRVM  
ELECTORVM · REGNI · DOCTORVM  
V · VIRO · VALETVDINI · TVNDAE  
ET · COEMETERIO FVNDANDO  
QVI · VIXIT · A · LIII  
OBIIT · VIII · K · MART · A · MDCCCX  
ROSA · FAVIER · VXOR  
CONSTANTIA · FABRIA · CONTIA · FILIA  
FECERVNT · MERENTI

b

( XVIII )

**P** PLACIDO · CAROLO · CREMONINIO **P**  
 IVVENI · SVAVISSIMO · RELIGIOSISSIMO  
 VNIVERSIS · PERACCEPTO  
 QVI · A · PRIMA · AETATE · PATRE · ORBVS  
 SIBI · IPSE · MODERATVS  
 VIRTUTEM · OMN · STVDIOSISSIME · CONSECTATVS · EST  
 VIXIT · A · XXVI · M · IIII · D · XXI  
 MOEROR · ET · LVCTVS · SVORVM  
 DECESSIT · IMI · K · MART · A · M · DCCC · X  
 VIRGINIA · GARAGNANIA · VXOR  
 CVM · PAVLLO · FILIO  
 ET · IACOBVS · CREMONINIUS · SAC · PATRVVS

P · C ·

( XVIII )

FRANCISCO · IOSEPHI · F ·  
 CASALGRANDIO · MVRATORIO  
 ANNOR · XXV  
 QVI · IN · MORBVM · COMITIALEM · A · PVERO · DELAPSUS  
 EX · EO · OCCVBIT · VIII · K · APRIL · A · MDCCX  
 BEATRIX · REGAZZIA  
 VIRGO · CISTERCIENSIS  
 COENOBII · QVOD · FVIT · AD · LEONARDI  
 SORORIS · FILIO · CARISSIMO · F ·

( xx )

RICHARDO · GALEATII · F · PEPVLO · V · C ·

QVI

STIRPIS · SVAE · NVMQVAM · IMMEMOR  
AVQRVM · MAGNIFICENTIAM · PRAE · SE · TVLIT  
ADFFECTVM · IN · VXOREM · SOBOLEMQUE  
ADCVRATIONEM · REI · FAMILIARIS  
PRO · DELICIIS · HABVIT  
OFFICIORVM · RELIGIONIS · AD · MORTEM · VSQVE  
RETINENTISSIMVS · FVIT  
NATVS · A · LXXIII · M · V · D · XXI  
MAGNO · PIETATIS · EXEMPLIO  
EMIGRAVIT · XI · K · MAIAS · A · MDCCCX  
CAFCLIA · CAVALCA  
VIRO · CARISSIMO  
CAROLVS · ET · ANNA · ET · THERESIA  
PATRI · B · M · CVM · LACRIMIS

( xx )

ALOISIO · MARIANI · F · PORTOGALLIO  
MAGISTRO · OPERARIORVM · AD · AEDIFICIA  
QVI · PIUS · VIXIT · A · XXXXI · DEC · X · K · MAIAS · A · MDCCCX  
ALOISIA · CHIARIA · VXOR  
CVM · MARIA · ET · MARGARITA · FILIAE ·  
MOESTISSIMA · POSVIT

( xxii )

A      P      Ω

ALOISIO · LVCAE · F · VANCINIO  
 PHARMACOPOLAE · MVLTOS · ANNOS.  
 DEIN · TABELLARIO · AD · MORTEM  
 VIRO · PROBISSIMO  
 ACCEPTO · OMNIBVS  
 QVI · VIXIT · A · LXVI · M · VIII · D · XXII  
 DECESSIT · XV · K · IVNIAS · A · MDCCCX  
 MARIANNA · VANCINIA · MALFERRARIA  
 FILIA  
 CVM · LACRIMIS

( xxiii )

IOANNI · PETRI · ANTONII · F ·  
 MANTOVANIO  
 DOMO · PONTE · LACVS · OBSCVRI  
 ANNOR · XXXXIII  
 QVI · DIVTINO · MORBO · TENTATVS  
 INANITATE · RER · HUMANAR · COGNITA  
 CAELESTIBVS · VNICE · INHIAVIT  
 PIO · EXITV · DECESSIT  
 III · ID · IVLIAS · A · M · DCCC · X  
 MARIANNA · MASIA  
 FECIT · MARITO · CARISSIMO

( xxiii )

FERDINANDVS · ANDREAE · F · BARBAZZIUS

QVI · ET · MANZOLIVS

PATRICIA · NOBILITATE

PIVS · VIXIT · A · LXII · M · IIII · OB · III · K · SEPT · A · MDCCCX  
 BONE · O · VIATOR · REQVIETEM · SVPERVM · EI · AD PRECARE  
 QVI · HOC · TE · ROGATVM · TITVLO · SVO · VOLVIT

( xxv )

**P** HIC · SITVS · EST **P**  
 HIERONYMVS · IOSEPHI · F · BAVOSIUS  
 NATVS · LOCO · HONESTISSIMO  
 CVIVS · MAIORES · INDE · A · SAECVLO · XIII  
 SVMMVM · PATRIAE · MAGISTRATVM · GESSERE  
 SVBCENTVRIO · COHORTIS · VRBANAЕ  
 VIR · PIETATE · IN · SVOS · FIDE · IN · AMICOS · SINGVLARI  
 VIX · A · XXXXVII · DEC · VI · KAL · OCTOBR · A · MDCCCX  
 ANTONIOLA · CIVPP  
 CVM · IOSEPHO · ET · MARIA · FAVSTINA · FILIIS  
 MOERENS · F · C · MARITO · SVAVISSIMO

( xxvi )

H · S · E · CAIETANVS · CANDIVS  
 VESPILLO · COEMETERII  
 PIVS · VIXIT · A · XXXX · OBIIT · PR · N · OCT · A · MDCCCX  
 CAIETANE · TE · IN · PAGE

( XXVII )

A **P** Ω

PETRO · IVLII · F · TOMASELLIO

ANNOR · LVIII

QVEM · INTRA · HORAS · TRES

SVBITA · MORBI · VIS · ERIPVIT

VII · ID · OCTOBR · A · MDCCX

ANTONIA · TOMASELLIA

CASV · ACERBISSIMO · EXANIMATA

P · FRATRI · INTEGERRIMO · PIENTISSIMO

CARISSIMO

( XXVIII )

CINERIBVS · ET · PIETATI

IOSEPHI · FRANCISCI · F · PETTINII

DOMO · FLORENTIA

QVI · VIXIT · A · LXXXV

DECESSIT · POSTRID · KAL · DECEMBRES

A · MDCCX

MARIA · RANZANIA

VXOR · P ·

TE **P** RECIPIAT · IN · PACE

MEQVE · TIBI · PROXIMAM · CITISSIME · FACIAT

DVLCISSIME · MI · MARITE

( XXVIII )

**P** NICOLAO · MANCINIO **P**  
DOMO · FERRARIA

ADIVTORI · SVMMO · A · REB · CRIMINALIB ·  
XII · VIRVM · LITIB · PRIMA PROVOCATIONE · IVDICAND ·  
OFFICII · SVI · SCIENTISSIMO  
HOMINI · P · O  
MARITO · FIDELISSIMO · PATRI · OPTIMO  
QVI · VIXIT · A · XXXX  
OBIIT · VII · K · IAN · ANNO · M · DCCC · X  
BARBARA · BORDONIA · VXOR  
POMPEIUS · MANCINIUS · FRATER  
CVM · LACRIMIS · POS ·

( XXX )

**P** PHILIPPO · SOLIERIO **P**  
VIRO · INTEGRO · BENIGNO · RELIGIOSO  
QVI · AGENS · A · LI  
DECESSIT · XIII · KAL · FEBRVAR · A · MDCCCXI  
HEIC · AD · SEPVLCRVM · FILIAE  
GERTRUDA · CENERA · VXOR · ET · FILII · NOVEM  
FECIMVS · MOERENTES  
MARITO · ET · PATRI · CARISSIMO  
CVIUS · NVLLVM · PIETATIS · OFFICIVM  
DESIDERAVIMVS

( XXXI )

HANNIBALI · FRANCISCI · SEN · F ·  
 GVIDOTTO · MEZZAVACCHAE  
 PATRICIO · AB · AVIS · ET · MAIORIBVS  
 ADLECTO · INTER · CVBICVLARIOS  
 DVCIS · PARMENSIYM · FERDINANDI · I  
 VIRO · A · PIETATE · ET · COMITATE · LAVDATISSIMO  
 QVI · VIXIT · A · LVI · M · VIII · D · III  
 OBIIT · KAL · FEBRVAR · A · MDCCCXI  
 FRANCISCVS · ET · ALEXANDER  
 PATRI · CARISS · POSVERE

( XXXII )

**P** HIPPOLYTO · GVIDONIS · F · **P**  
 CAVAZZONIO · ZANOTTO  
 COOPT · IN · COLL · TABELLIONVM  
 PROSCRIBAE · AB · ACTIS · XII · VIRVM  
 LITIBVS · PRIMA · PROVOCATIONE · IUDICANDIS  
 HOMINI · PIO · INGENIOSO · FESTIVO  
 QVI · VIXIT · A · LXIII  
 DECESSIT · VI · ID · FEBRVAR · A · MDCCCXI  
 MARIA · FRANCONIA · VXOR  
 ET · FILII · QVINQUE  
 MOERENTES · F · C ·  
 QVO · LOCO · IS · MORIENS · SIBI · DESIGNAVIT

( XXXIII )

**P**hilippo · MAZZOLANIO **P**  
 QVI · DOMO · FOROCORNELII  
 ADOLESCENTI · INGENII · PROMPTISSIMI  
 QUI · MVTINAE · INTER · ALVMNOS · REGIOS  
 ARTI · BELLICAE · ADDISCENDAE · ADLECTVS  
 SPEM · SVI · MAXIMAM · EXCITAVIT  
 VIXIT · A · XXI · M · II  
 OBIIT · XI · K · MARTIAS · A · MDCCCXI  
 CAROLVS · MAZZOLANIUS · ADV ·  
 CVM · MARIA · GAMBARINIA · CONIVGE  
 POSVIT · FILIO · PRIMIGENO  
 DESIDERATISSIMO

( XXXIV )

**P**CINERIBVS · ET · PIETATI  
 PASCHALIS · ANGELI · F · PASSAROTTI  
 ANNOR · LXXII · MENS · VI · DIER · XXI  
QVI · OBIIT · VII · NON · MART · A · MDCCCXI  
 IOSEPHVS · PASSAROTTVS  
 FRATRIS · F ·  
 HONORATVS · TESTAMENTO · EIVS  
 F · C ·

( xxxv )

**P** VINCENTIO · SERRAE **P**  
 MATHEMATICO · HYDRAVLICO · ARCHITECTO  
 CORPORATO  
 IVVENI · RARISSIMO  
 PROPTER · INGENIVM · SCIENTIAM · SVAVITATEM · MORVM  
 PARENTIEVS · MAGISTRIS · AMICIS  
 APPRIME · CARO  
 VIXIT · ANN · XXVI  
 SVMMO · OMNIVM · MOERORE  
 OBIIT · VIII · KAL · APRIL · A · MDCCCXI  
 CORPVS · REGIVM · SODALIVM · EIVS  
 OB · MERITA · F · C ·

( xxxvi )

KAROLO · IOSEPHO · ANTONII · F · ROSINIO  
 TABELLIONI  
 ADIVTORI · PRAEPOSITI · TABVLLARI · PVBLICO  
 HOMINI · PROBATAE · INTEGRITATIS  
 PIETATISQUE  
 VIXIT · A · XXXXIII · DECESSIT · VII · ID · APRIL · AN · MDCCCXI  
 GERTRVDA · COCCHIA  
 VXOR · ET · HERES · VSFRVCTVARIA  
 MOERENS · F · C ·

( XXXVII )

QUIETI · ET · PIETATI  
 JOSEPHI · BARTHOLOMAEI · F · LAZZARI  
 HOMINIS · SOLLERTISSIMI  
 CVLTVRAM · AGRORVM · APPRIME · DOCTI  
 QVI · IN · FIDE · PRAESTANDA  
 ET · IVRE · SVO · CVIQVE · TRIBVENDO  
 EMINVIT  
 VIXIT · ANNIS · LXVIII  
 DECESSIT · POSTRID · ID · APRIL · A · MDCCCXI  
 ANNA · SANMARCHIA  
 MARITO · CARISS · B · M ·

( XXXVIII )



IOANNI · BAPTISTAE · MANDINIO  
 ARITHMETICO  
 QVI · HISTORIAM · CALLVIT  
 LITTERAS · POLITIORES · ADAMAVIT  
 MUSICAM · COLVIT  
 HISTRIONIAM · AD · OBLECTAMENTVM · MIRIFICE · FECIT  
 VIXIT · A · XXXIII · M · VII · D · III  
 DECESSIT · IIII · KAL · MAIAS · A · MDCCCXI  
 SODALES · FELICINIANI  
 CHORAGO · SVO

( XXXVIIII )

ALOISIO · SEBASTIANI · F · BARILLIO  
 NEGOTIATORI · TEXTILIVM  
 HOMINI · INTEGRITATIS · INCORRUPTAE  
 PIETATIS · SINGVLARIS  
 VIXIT · A · XXXXVII  
 MORTEM · OBIVIT · ANIMO · AEQVISSIMO · PACATISSIMO  
 V · ID · MAIAS · A · MDCCXI  
 THERESIA · SVTTER  
 CONJUGI · OPTIMO · BENEMERENTI  
 AVE · ALOISI · ET · VIVAS · IN · DEO

( XXXX )

**P** HIC · IACET **P**

JOANNES · PEDRELLIVS  
 HOMO · PIVS · INGENIOSVS · SVAVIS · CARVS · CVIQVE  
 VIXIT · A · XXX · M · IIII · D · VI  
 ICTVS · FVLMINE  
 INGENTI · SVORVM · LVCTV  
 OBIIT · POST · DIES · TRES  
 XV · KAL · IVLIAS · A · MDCCXI  
 GERTRUDA · ANNA · ZAVAGLIA · VXOR  
 CVM · QVA · CONIVNCTISSIME · FECIT · A · V  
 ET · PETRVS · ET · IACOBVS  
 FRATRES · CONCORDISSIMI · POSVERVNT

( XXXI )

**P** CINERIBVS · ET · PIETATI  
 ALOISII · IOANNIS · F ·  
 CANONICI · CAPRARAE  
 QVI · VIXIT · A · LVIII  
 DEC · XVII · K · AVG · A · MDCCCXI  
 ACHILLES · ET · LAURENTIVS  
 CVM · ROMANA · ET · ANNA · SORORIB ·  
 FRATRI · POSVERE  
 ALOISI · REQVIESCE.

( XXXII )

IOSEPHO · ANT · F · POLZIO  
 DOMO · LVCO · IN · AEMILIA  
 VIRO · REI · MERCATORIAE · PERITISSIMO  
 PATRIFAMILIAS · PRAESTANTI  
 DE · PATRIA · ET · AMICIS  
 STVDIO · OPERA · CONSILIIS  
 OPTIME · MERITO  
 QVI · VIXIT · A · LXII  
 OBIIT · III · NON · AVG · A · MDCCCXI  
 VINCENTIVS · POLZIVS · SAC ·  
 ADVOCATVS · IN · FORO · ROMANO  
 FRATRI · CARISSIMO  
 MOERENS · POSVIT

( XXXIII )



H . S . E .

MELCHIOR · BOSCHIUS

TABELLIO

VIXIT · A · LVI · M · V · D · XVIII

NVMQVAM · ANTEA · IN · MORBVM · IMPLICITVS

AEGROTATIONE · CALCVLORVM · CORREPTVS

· OBIIT · VI · ID · AVG · A · MDCCCXI

CIVIS · HOSPESVE

BONAS · EI · PRECES · PRECARE

QVI · SE · TIBI · COMMENDATVM · VOLVIT

ANGELA · ET · THERESIA · ET · MARGARITA

MOERENTES · P · FRATRI · CARISSIMO

OBIT · I · TUA · OMNISCVI

( XXXIV ) OMNISCVI



VICTORI · MUTTONIO



DOMO · MEDIOLANO

HOMINI · · PIO

QVI · IN · COMPONENDIS · DISSIDIIS

APPRIME · VALVIT

SENEX · IN · SINVM · FILIORVM

BONONIAM · SE · RECEPIT

VIXIT · A · LXXVI · OB · PRID · N · OCT · A · MDCCCXI

FILII · QVINQUE

MOESTISSIMI · POSVERVNT

( XXXV )

A P Ω

H . S . E .

BLASIVS · FRANCISCI · F · MARCHESIVS  
 ALVMNVS · ORPHANOTROPHII  
 AD · BARTHOLOMÆI · RHENANI  
 ADOLESCENS · PIUS · MODESTVS · OBSEQVENS  
 IN · SCHOLIS · PRIMOS · HONORES · MERITVS  
 VIXIT · A · XVII · M · VIII · D · VIII  
 MODERATORIBVS · ET · SODALIBVS · DEFLETVS  
 OBIIT · III · ID · OCTOBR · A · MDCCCXI

( XXXVI )

P IOSEPHO · MONTIO P

ADOLESCENTI  
 STUDIOSO · LITTERARVM  
 QUI · DILIGENTIA · VERECUNDIA · INNOCENTIA  
 CONDISCIPVLIS · PRAESTITIT  
 VIXIT · A · XVIII  
 DECESSIT · III · ID · OCTOBR · A · MDCCCXI  
 IACOBVS · MONTIVS · ET · AGATHA · GAVARUZZIA  
 FILIO · OPTIMO  
 ALOISIVS · ET · CAIETANVS · CVM · ALOISIA · SORORE  
 FRATRI · CARISSIMO  
 AVE · SPES · DOMVS · SOLAMENQVE · NOSTRVM

( XXXVII )

H · S · E ·

MATTHAEVS · IACOBI · F · BIEDA

ANNOR · LXXV

QVI · PIUS · DEC · NON · NOVEMBER · A · MDCCXII

MVNC · ANTONIA · GVIDIA

MARITVM · OPTIMVM

FRANCISCA · ET MARIA · ET · MARIANNA

PATREM · AMANTISSIMVM

EXPERTAE · SVNT

TITVLVM · CVM · LACRIMIS · POSVERE

( XXXVIII )



HIC · SITVS · EST



ANTONIVS · MOSER · DE · FILSEK

NAT · VERONAE

DVCTOR · COHORTIVM · MILLIARIAR · SEX

PRAEF · COPIIS · PRAESIDIARIIS · VRBIS · BONONIAE

QVI · REIPUBLICAE · VENETORVM · REGIQUE · NOSTRO

VIRTVTEM · ET · FIDEM · PROBAVIT · SVAM

VIXIT · A · LXVIII

MAGNO · AMICORVM · MOERORE

DECESSIT · XVI · K · IAN · ANNO · MDCCXII

ANGELA · CICILIAN · VXOR

ET · CLARA · FILIA

MARITO · ET · PATRI · MERITISSIMO

( XXXXV IIII )

DOMINICO · ANDREAE · F · TAGLIAVINIO  
 HOMINI · ANTIQVAE · INTEGRITATIS  
 SVAVITATE · ORIS · ET · SERMONIS  
 ET · ERVDITIONE · HISTORIARVM  
 OMNIBVS · ACCEPTO  
 VIX · A · LXIII · DEC · V · K · JAN · A · MDCCCXI  
 IACOBVS · CACCIARIUS  
 AMICO · ET · CONVIVAE · SVAVISSIMO

( L )

**P** BENEDICTO · RINTERIO **P**  
 AVRIFICI  
 EXACTORI · AVRI · ARGENTI · AERIS  
 REGIAE · OFFICINAE · MONETALIS  
 QVI · PIVS · INTEGER · VIXIT · A · LXVIII  
 DECESSIT · V · K · JAN · A · MDCCCXI  
 MARIANNA · SANTINIA · VXOR  
 IACOBVS CAROLVS · VINCENTIVS · FRANCISCVS · FILI  
 MARITO · ET · PATRI · BENEMERENTISSIMO · F ·

( LI )

PETRONIO · BAZZANO · CHIRVRGO · DENTARIO  
 HOMINI · PIENTE · BENEFICO · QVI · V · A · LXXIII  
 DECESSIT · IDIB · JAN · A · MDCCCXII · ALEXANDER  
 BAZZANVS · PATRVO · BENE · MERENTI · POSVIT

d

( LII )

**P** IACOBO · CINTIO **P**  
 SODALI · PHILARMONICO  
 INTER · SYMPHONIACOS · AVLAE  
 REGIS · SAXON · FRIDERICI  
 ANNOS · XX · ADNVMERATO  
 OB · EXCELLENTIAM · CANTVS  
 DOMI · FORISQ · PLVRIMAM · LAVDEM · INDEPTO  
 VIXIT · A · LX  
 HONESTVS · COMIS · LIBERALIS  
 AMANTISSLIMVS · SVORVM  
 DECESSIT · III · K · FEBRVAR · A · MDCCCXII  
 MARIANVS · CINTIVS  
 FRATRI · CARISSIMO · POSVIT

( LIII )

H · S · E ·

THOMAS · LAMBERTINIVS  
 HOMO · PIENTISSIMVS  
 QVI · SACRA · PIACVLARIA · COEMETERII  
 ADSIDVE · FREQVENTAVIT  
 VTIQVE · ALII · FREQVENTARENT  
 OMNI · OPERA · SATEGIT  
 VIXIT · A · LXXVI  
 DECESSIT · III · ID · FEBR · A · MDCCCXII

( LIII )

A **P** ΩBALTASSARI · ANTONII · COM · F ·  
CARRATO

ADLECTO · INTER · TABELLIONES · NOBB ·  
DOCTORI · PALAEOGRAPHIAE · ET · DIPLOMATICES  
IN · ARCHIGYMNASIO  
HISTORIAE · PATRIAE · ET · GENESEOS · FAMILIARVM  
PERITISSIMO  
QVI · AB · ADOLESCENTIA · AD · EXTREMAM · AETATEM  
IN · MONVMENTIS  
INVESTIGANDIS · COLLIGENDIS · COMMVNICANDIS  
AD · PVBLICAM · PRIVATAM · Q · VTILITATEM  
ADSIDVAM · NAVAVIT · OPERAM  
MAGISTRATIBVS · ET · MVNERIBVS · AMPLISSIMIS  
SANCTE · PERFVNCTVS · EST  
PIVS · INTEGER · OFFICIOSVS  
ACCEPTVS · CIVIBVS · EXTERIS · Q ·  
VIXIT · A · LXXVI · M · IIII · D · XXVII  
EXPLORATIONE · TABVLARIORVM  
DIVTVRNIS · Q · VIGILIIS · ATTRITVS  
OBIIT · XIII · KAL · MARTIAS · A · MDCCCXII  
IOSEPHVS · HADRIANVS · CARRATVS  
FRATRIS · F · ET · HERES  
PATRVO · OPTIMO · CARISSIMO

( LV )

A **P** Ω

HIC • SITVS • EST • EX • TEST •

VINCENTIVS • NICOLAI • F • ZANCHETTVS  
 EQVESTRI • NOBILITATE  
 TRIBVNVS • COHORTIVM • VRBANARVM  
 VIR • PIETATE • PRVDENTIA • COMITATE  
 PROBATVS • VNIVERSIS  
 VIXIT • ANN • LXXII  
 DECESSIT • V • EID • MAIAS  
 A • MDCCCXII

( LVI )

H . S . E .

IOAN • PETRVS • PETRI • PAVLLI • F •  
 MOLINELLIVS  
 MEDICVS • CHIRVRGVS  
 DOCTOR • DECVRIALIS • ARCHIGYMNASII  
 ARCHIATROS • VALETUDINARI • MAIORIS  
 SODALIS • BENEDICTIVS  
 VIR • INGENIO • ACRI  
 FACVNDIA • PERRARA  
 MANV • STABILI • APTISSIMAQUE  
 VIXIT • A • LXIII  
 DECESSIT • IIII • N • MAIAS • A • MDCCCXII

( LVII )



ARCHANGELO · ANTONII · F · PARISINIO  
 ANNOR · XXXXI  
 HOMINI · INGENII · PERELEGANTIS  
 QUI · ARTEM · SACRARVM · AEDIVM  
 SERICIS · ET · PEGMATIEVS · EXORNANDARVM  
 MIRA · PRAESTANTIA · FECIT  
 OBIIT · REPENTINO · XVII · K · IVL · A · MDCCCXII  
 MARIANNA · PASIA · ET · ROSA · PARISINIA  
 MOESTISSIMAE · POSVERVNT  
 MARITO · ET · FRATRI · CARISSIMO

( LVIII )



FRANCISCO · CAIETANI · F · FRANCIAE  
 CVRATORI · REI · SVBSIDIARIAE · CIVIVM · EGENOR ·  
 VIRO · PISSIMO · ABSTINENTISSIMO  
 PROBATISSIMO · CVIQVE  
 VIXIT · A · LXXII · M · XI · D · II  
 DECESSIT · XVII · K · QVINT · A · MDCCCXII  
 IOSEPHVS · MED · ET · CAIETANVS  
 CVM · ELISABETHA · ET · MARIANNA · ET · GERTRVDA  
 FECERVNT · PATRI · B · M · INCOMPARABILI  
 AVE · ET · VALE · IN · PACE

( LVIII )

H · S · E · PIVS · PANFILIVS  
 DOMO · FIRMO · QVI · ET · BONONIENSIS  
 SODALIS · CLEMENTINVS  
 SODALIS · REGIVS · BONIS · ARTIB · EXCOLEND ·  
 PICTOR · ET · SCALPTOR · LINEARIS · ARCHITECTONICVS  
 · CVIVS · SCHEMATA · IVVENTVTI · MAGNO · VSVI · FVERE  
 VIXIT · A · LXXXVIII · D · XI  
 VIR · DOLI · NESCIVS · INTEGERRIMVS · RELIGIOSISSIMVS  
 DECESSIT · XV · K · IVL · A · MDCCCXII  
 ANGELVS · CERMASIVS · ET · PHILIPPVS · MORESCHIVS  
 CVRATORES · TESTAMENTI · POSVERE

( LX )

DOMINICO · MARIAE · BETTINIO  
 COOPT · IN · COLL · ELECTORVM · REGNI · NEGOTIATORVM  
 ET · IN · CONSILIVM · PRAEF · REGIONIS · ET · MVNICIP ·  
 OMNIEVS · MVNERIB · ET · HONORIB · NAVITER · FVNCTO  
 VIRO · INGBNIOSQ · IMPIGRO · FRVGI  
 QVI · DECESSIT · VIII · K · AVG · A · MDCCCXII · NAT · A · LXIII  
 MARIA · GADANIA  
 ET · BETTINII · FRATRES  
 CAETANVS · ADV · ET · CAROLVS · CVM · SORORIB · TRIB ·  
 ET · Θ · IOSEPHI · MED · FRATRIS · FILIIS · DVOB ·  
 MARITO · ET · PATRI · FEC ·

( LXI )



IOSEPHO · PAOLINIO  
 DOCTORI · LEGVM · CAVSSIDICO  
 VIRO · PIO · INTEGRO · PRVDENTI · BENIGNO  
 CONIVGI · FIDELISSIMO · AMANTISSIMO  
 QVI · PROLE · CARENS · SVA  
 FRATRIS · FILIVM · EIVSQUE · NATOS  
 PATERNO · AFFECTV · COMPLEXVS · EST  
 VIXIT · A · LXXXIII · M · XI · D · XXVII  
 DECESSIT · XVI · K · SEPTEMBR · A · MDCCCXII  
 IOAN · BAPTISTA · PAOLINIUS  
 CVM · MARIA · MINGHETTIA  
 VXORE ·  
 MOERENS · P · PATRVO · OPTIME · DE · SE · MERITO

( LXII )



PAVLLO · NEGRI  
 DOMO · FORO · CORNELII  
 VIRO · INDVSTRIO · AMANTISSIMO · FILIORVM  
 INTER · QVOS · PATRIMONIVM · VIVVS · DISPERTIVIT  
 NATVS · A · LXVIII · M · VIII · D · II  
 PIVS · DECESSIT · VI · KAL · OCTOBR · A · MDCCCXII  
 FILII · SEX · FEC · PATRI · BENEMERENTISSIMO

( LXIII )

CAESARI · CAMILLO · ZANETTO  
 POSTREMO · GENTIS · FALLOPIAE  
 DOCTORI · IVRIS · SACRI · ET · CIVILIS  
 DOCTORI · EMERITO · ARCHIGYMNASH  
 TABELLIONI  
 AB · ACTIS · SENATVS  
 CVI · ANN · AMPLIUS · LIII · OPERAM · FECIT · ACCEPTISS ·  
 VIRO · RELIGIOSISSIMO · OFFICIOSISSIMO  
 VIX · A · LXXXII · DEC · III · N · DEC · A · MDCCXII  
 ANTONIUS · SANTAGATA · MED · H · EX · TEST ·

( LXIII )

**P** LAVRENTIO · GIBELLIQ **P**  
 MAGISTRO · MVSICES · MAGISTRO · CANTVS · LYCEI · MVNIC ·  
 QVEM · COLL · PHILARMONICORVM  
 PRAEFECTURA · PLVRIES · HONORAVIT  
 IVDICEM · PERP · ADSCIVIT  
 VITA · FVNCTVM  
 FVNERE · CONCENTIB · EIVS · CELEBRATO  
 PROSEQVVTVS · EST  
 VIXIT · A · LX · XXII · M · X · D · VIII  
 PIVS · BENEFICVS · SVAVIS  
 DECESSIT · V · NON · OCTOBR · A · MDCCXII  
 GERTRVDA · GIBELLIA · FORNASARIA · PATRI · OPTIMO

( LXV )

## P

FRANCISCO · IOANNIS · PAVLLI · F · FABRIO  
 TABELLIONI  
 SCRIBAE · AB · ACTIS · PRAETORIS · GUILIAE · LVCIQUE ·  
 IRENARCHAE · REGIONIS · SECUNDÆ · VRBIS · N ·  
 AMATORI · IVSTITIAE · CVLTORI · PIETATIS  
 QUI · VIXIT · A · XXXXIII · M · III · D · XXV  
 DECESSIT · IIII · ID · FEBRVAR · A · MDCCCXIII  
 ANNA · LANFRANCHINIA ·  
 TVTRIX · CAESARIS · ET · CLOTILDAE · FILIORVM  
 MARITO · DESIDERATISSIMO  
 F · CVM · LACRIMIS

( LXVI )

PHILIPPO · VINCENTII · F · LINIO  
 SVBCENTVRIONI · IN · LEG · ITAL ·  
 EXERCITVS · REGIS · GALLIAR ·  
 CENTVRIONI · COHORTIS · VRBANAE  
 CENTVRIONI · MILITVM · PRAESIDIARIOR · PONT · MAX ·  
 VIXIT · A · LXXVII  
 DECESSIT · VII · KAL · MART · A · MDCCCXIII  
 ANGELVS · ARCANGELIVS  
 SOCER · ET · DONATARIVS  
 F · C ·

c

( LXVII )

VICTORIO · MARIO · BENEZETO

NAT · GALL ·

QVEM · PVERVM · TVMVLTV · CIVILI · ORBVM · PARENTIB ·

A · RAIMUNDO · BENEZETO

EXCEPTVM · DEQVE · SVO · NOMINE · APPELLATVM

MIHIQVE · TRADITVM

NON · SECVS · DILEXI · AC · FILIVM

PROPTER · INGENIVM · EIVS · MITE · OBSEQVENS

LIBERALI · INSTITVTIONI · ACCOMMODATVM

VIXIT · A · XX

DECESSIT · III · NON · MART · A · MDCCCXIII

LAURENTIVS · PAVLLVS · CARCASSONVS

ALVMNO · CARISSIMO · POSVI

( LXVIII )

IOAN · BAPTISTAE · DOMINICI · F · MANARESIO

DOMO · FOROCORNELII

NEGOTIATORI

HOMINI · MORVM · INTEGERRIMORVM

QVI · FILIAM · ET · NEPOTES · IMPENSE · DILEXIT

RE · FAMILIARI · MVNIVIT · AVXIT

PIVS · VIX · A · LXX · DEC · V · ID · MART · A · MDCCCXIII

IACOBA · MALDINIA · ET · FILII · SEX

PATRI · ET · AVO · BENEMERENTISSIMO

( LXVIII )

DOMINICO·IOAN·LAURENTII·F·MAGNOLIO

CALCVLATORI

QVEM · PERITIA · RATIONVM · SVPPVTANDARVM

ET · ARTIS · SVAE · TRADENDAE

INLVSTREM · REDDIDIT

VIXIT · A · LXXII · M · II · D · VIIII

OFFICIORVM · OMNIVM · SERVANTISSIMVS

DECESSIT · FRID · ID · MART · A · MDCCCXIII

ALOISIVS · MAGAGNOLIVS · DOCT · I · V · CVRIO

ET · ANNA · MAGAGNOLIA · RENOLIA

FRATRI · ET · PATRI · CARISSIMO · FECERE

( LXX )

ANT · ROCHO · IOSEPHI · F · MELLINIO

QVI · IN · COMITIIS · LVGDVNENSIBVS

INTER · ELECTORES · REGNI · NEGOTIATORES

ABSENS · ADLECTVS · EST

VIR · PIETATE · IN · DEVVM

MISERATIONE · IN · AERVVMNOSOS

ADFECTV · IN · SVOS

COMMEMORABILI

AGENS · A · LXII · DEC · VII · ID · APR · A · MDCCCXIII

GEORGIVS · MELLINIVS

FRATRI · CONCORDISSIMO · M · P · C ·

( LXXI )

A **P** Ω

IOANNI · DOMINICO · IACOBI · F ·  
 ATTIO  
 DOCTORI · LEGVM  
 QVI  
 ARTIFICVM · ET · AGRICOLARVM · LABORES  
 PECVNIA · SVA · ALVIT  
 VIXIT · A · XXXVIII  
 DECESSIT · PRID · KAL · MAIAS  
 A · MDCCXII  
 HEREDES · POSVERVNT

( LXXII )

**P**

VBALDO · IGNATII · F · ROVATTO  
 VIRO · MORVM · ANTIQVORVM  
 QVEM · RELIGIO · ET · INTEGRITAS  
 BONIS · OMNIBVS · COMMENDAVERVNT  
 VIXIT · A · LXXVIII  
 DECESSIT · POSTRID · NON · IVN · A · MDCCXII  
 IGNATIVS · TAB · ET · PETRONIVS · ADV ·  
 CVM · IVLIA · ET · MAGDALENA  
 SORORIBVS  
 FECERVNT · PATRI · CARISSIMO

( LXXIII )

P

IOAN · BAPTISTAE · IACOBO · MARIAE  
SEBASTIANO · CATTANEO · DE · VOLTA

DOMO · GENVA · GENTE · PATRICIA  
IVVENI · INGENII · CELERIS · APTI · AD ARTES · OPTIMAS  
INDOLIS · SVAVISSIMAE · MORVM · SANCTISSIMORVM

QVI

AB · INEVNTE · AETATE · VITIA · PEROSVS  
RERVM · HUMANARVM · SVIQVE · CONTEMPTOR  
VIRTUTES · OMNES · PIETATEMQ · IN · PRIMIS  
ENIXE · ADAMAVIT · AD · MORTEM · VSQ · EXCOLVIT  
VIXIT · A · XXV · M · V · D · XXVI  
POST · MENSES · AMPLIUS · TRES  
VARIA · ET · PERMOLESTA · AEGROTATIONE  
CONFFLICTATVS

BEATITATI · CAELESTIV M · VNICE · INHIANS  
AEQVO · CONSTANTIQVE · ANIMO · EMIGRAVIT  
· VIII · KAL · AVG · A · MDCCCXIII  
NICOLAVS · MARIA · CATTANEVS · DE · VOLTA · PINELLIVS  
ET · ANNA · MARIA · OCTAVIA · BRIGNOLE  
PARENTES · MOESTISSIMI  
· FILIO · VNICO  
A · QVO · NIHIL · VMQVAM · DOLVERVNT  
· NISI · QVVM · DECESSIT

( LXXIII.II )

IOANNI · DONATO · ADV · EQ ·

DOMO · CENTO

A · PIO · VI · P · M ·

SVFFECTO · VICE · SACRA · IUDICANTI  
PRAES · XIII · VIRVM · APPELLATIONIB · COGNOSCEND ·IN · REGIONIB · CISPADANIS  
VIRO · PIO · FRVGI · ABSTINENTI · BENEFICO

VIXIT · A · LXIII

DECESSIT · V · ID · SEPTEMBR · A · MDCCXIII

IACOBVS · DONATVS · CAN ·  
ET · ELISABETHA · DONATA · BARBIERIA  
FRATRI · CARISSIMO · OPTIME · DE · SE · MERITO

( LXXV )

A      P      Ω

JOSEPHO · MAGAGNOLIO

ANNOR · LXV

ARKARIO · NEOCOROR · AD · IAC · ET · PHIL ·

QVEM · PIETAS · ET · INTEGRITAS · CONFORMAVERVNT

DECESSIT · IN · PACE · VII · R · NOVEMBER ·

A · MDCCXIII

MARIA · MAGAGNOLIA

FILIA · ET · HERES

CVM · LACRIMIS · F · C ·

( LXXVI )

IOANNI · PAVLLO · IACOBI · F · GANDOLFIO  
 SVBCENTVRIONI · IN · EXERCITV · ITALICO  
 QVI · REDVX · AB · EXPEDITIONE · RVTHENICA  
 MORBO · COMITIALI · EX · LABORIB · CONTRACTO  
 DEC · PRID · N · NOV · A · MDCCCXIII · NATVS · A · XXVIII  
 CAIETANVS · GANDOLFIUS · MED ·  
 FRATRI · CARISSIMO  
 A · MATHESI · ET · GRAPHICE · ERVDITO  
 INDOLIS · OPTIMAE · FIDEI · INCORRVPTAE  
 STRENGO · LIBERALI · P · C ·

( LXXVII )

IGNATIO · IOSEPHI · F · MORESCHIO  
 ADOLESCENTI · ANNOR · XVIII  
 STVDIOSISSIMO · FOESEOS · LATINAE · ITALICAEQVE  
 ET · VNIVERSAE · POLITIORIS · HVMANITATIS  
 QVI · FEERI · HECTICA · ABSVMPTVS  
 IMMOBILI · PIETATE · ET · CONSTANTIA · DEC ·  
 IDIB · NOVEMBRIB · A · MDCCCXIII  
 MARIA · SABBIONIA  
 NVPERRIMA · AMISSIONE  
 BEATRICIS · FILIAE · SVAE · SORORIS · EIUS  
 INFELIX  
 P · FILIO · REVERENTISSIMO

( LXXVIII )

IOSEPHO · BELLUZZIO · ANNOR · LXXX · M · I · D · XXII  
 QUI · LONGAEVITATEM · RELIGIONE · ET · BENEFICENTIA  
 IN · EGENOS · AEQVAVIT · DEC · POSTRID · ID · NOVEMBR ·  
 A · MDCCCXIII · IOANNA · LOTTIA · FECIT · MARITO  
 CVM · QVO · VIXIT · ANNIS · XXXVII · SINE · IVRGIO

( LXXVIII )

A P Ω

LUDOVICO · FRIDERICI · F · FORESTIO  
 DOMO · BERGOMO · CIVITATE · BONONIENSI  
 VIRO · DISCIPLINIS · LITTERIS · Q · PERERVDITO  
 ITALICI · NOMINIS · GLORIAE · IN · EXEMPL · STVDIOSO  
 IN · DEVVM · PARENTES · PATRIAM · PIENTISSIMO  
 VIXIT · A · XXXVII · M · XI · D · I  
 IN · SECUNDIS · TEMPERATVS · IN · ADVERSIS · CONSTANS  
 INTEGERRIMVS · COMIS · FIDISSIMVS · AMICIS  
 VEL · INFENSIS · BENIGNVS  
 DIVTINO · MORBO · FORTITER · TOLERATO  
 SANCTO · EXITV · DEC · XI · K · JAN · A · MDCCCXIII  
 AVRELIA · GVIDIA  
 VXOR · ET · TVTRIX · TEST · FILII · VNICI  
 D · S · F · CVM · LACRIMIS · MARITO · OPT · AMANTISS ·  
 QVEM · SIBI · SVPERSTITEM · ESSE  
 HEV · PERPERAM · IN · VOTIS · SEMPER · HABVIT

( LXXX )

**P** CAMILLO · ANTONII · F · ROSAE **P**  
 SCRIBAE · SENATVS · A · MANDATIS  
 PRAEP · REI · ADMINISTRAND · VALETUDINARI · MAIORIS  
 QVI · VIX · A · LXVII · DEC · VII · ID · IAN · A · MDCCXIII  
 ANTONIVS · ROSA · FILIVS · TRIMVS  
 FECIT · PER · IOSEPHVM · LOLLINIVM  
 CVRATOREM · TEST · ET · CONSULTOREM · TUTORIVM

( LXXXI )

ANT · IOSEPHO · TESTAE  
 DOMO · FERRARIA  
 MEDICO  
 SODALI · INSTITVTI · ITALICI  
 PRAEP · LYCEIS · ET · GYMNASIIS · ORDINANDIS  
 DOCTORI · CLINICES · IN · ARCHIGYMNASIO  
 ADLECTO · OB · HONOREM · INTER · SODALES · REGIOS  
 BONIS · ARTIBVS · EXCOLENDIS  
 VIRO · IN · EXEMPLVM · PIO  
 MEDICINAE · FACIENDAE · TRADENDAE · Q · SCIENTISS ·  
 SCRIPTIS · POSTERITATI · CONSIGNATIS  
 APPRIME · CLARO  
 QVI · VIX · A · LVIII · DEC · III · K · FEBR · A · MDCCXIII  
 MARIA · FELICIA · TVTRIX · FILIOR · DVOR ·  
 MARITO · OPTIMO · INCOMPARABILI

f

( LXXXII )



PHILIPPVS · SOCINIUS



HIC · SITVS · EST  
 VIR · FRVGALISSIMVS  
 QUI · E · PAVCA · RE · CENSVM · SATIS · LAVTVM  
 FILIIS · COMPARAVIT  
 VIXIT · A · LXV  
 DECESSIT · K · FEBRVAR · A · MDCCCXIII  
 SOCINII · FRATRES  
 CAROLVS · DOMINICVS · IOSEPHVS · MARIANVS  
 CVM · MARIA · ET · ANNA · SORORIE ·  
 PATRI · BENE · MERENTI

( LXXXIII )

H · S · E ·

IOANNES · CATTOIA

SVTOR · MILES · PVRGATOR · FRVMENTARIVS  
 VIR · SINGULARIS · ET · PRAESTANTISSIMAE · VIRTUTIS  
 QUI · IN · RER · CAELEST · CONTEMPLAT · TOTVS · FVIT  
 SACRAMENTVM · AVG · MENTE · SEMPER · DEFIXA · COLVIT  
 BIBL · SANCT · SVPRA · MODVM · ILLITERATI · ARRIPVIT  
 PERDITOS · HOMINES · AD · BONAM · FRVGEM · REVOCAVIT  
 VIXIT · A · LX · M · VIII · D · XVIII  
 DECESSIT · EXITV · SANCTISSIMO · VII · ID · FEBRVAR ·  
 A · M · DCCC · XIII

( LXXXIII )

ALOISIO · IOANNIS · BAPT · F · GHINIO  
 HOMINI · RELIGIOSISSIMO  
 QVI · SACRAMENTVM · AVG · AD · ALTARE · PROPOSITVM  
 IN · DIES · SINGVLOS · VENERATVS · EST  
 INTEGRITATE · MORVM · FESTIVITATE · SERMONIS  
 ACCEPTVS · OMNIBVS · FVIT  
 APOPLEXI · CORREPTVS · IN · VIA  
 INTER · MANVS · VXORIS · ANIMAM · EFFLAVIT  
 VIXIT · A · LXII · DEC · XII · KAL · MART · A · MDCCXIII  
 FRANCISCVS · GHINIUS · SAC ·  
 ET · THERESIA · RIVANIA  
 FRATRI · ET · MARITO · CVM · LACRIMIS

( LXXXV )

PROSPERO · PETRONII · F · PEDRAZZIO  
 SODALI · PHILARMONICO  
 CANTORI · SCENICO · PERITISSIMO  
 A · VIRIS · PRINCIPIB · PER · EVROPAM · HONORATO  
 VIXIT · A · XXXVIII · M · VIII  
 DECESSIT · PRID · KAL · MARTIAS · A · MDCCXLIII  
 THERESIA · MELIA  
 MARITO · CARISSIMO  
 POMPEIUS · PEDRAZZIVS · CVM · SORORIB · QVATVOR  
 FRATRI · BENEMERENTI

( LXXXVI )

FRANC · XAVERIO · IOSEPHI · F · DOSIO  
 CALLIGRAPHO · ET · ARITHMETICO  
 VIRO · SEDULEO · INDVSTRIOSO · LABORIOSO · MODESTO  
 QVEM · DISCIPULI · HABVERVNT · MAGISTRVM  
 ARTIS · ET · VIRTUTVM · EIVS  
 VIX · A · LXXXI · DEC · V · ID · MART · A · MDCCCXIIIE  
 ANNA · GVENZIA · CVM · FILIIS · SEPTEM  
 MOERENS · POSVIT · MARITO · DILECTISSIMO  
 PATRIFAMILIAS · INCOMPARABILI

( LXXXVII )

PETRONIO · FONTANAE · ANNOR · XXXVIII · M · ID  
 QUI · OMNIVM · PROCERRIMVS · FVIT  
 APOPLEX · CAPTVS · TRIDVO · OEV · ID · APR · A · MDCCCXIIIE  
 IOANNES · IOSEPHVS · IACOBVS · FRATRI · POSVERVNT ·

( LXXXVIII )

**X** IOSEPHO · ZINIO **X**

HOMINI · INGENII · SVAVISSIMI  
 CVIUS · MAGNA · FVIT · RELIGIO  
 IN · SACRAMENTVM · AVG · ET · PIOS · MANES  
 VIX · A · LXXV · DEC · V · ID · APR · A · MDCCCXIIIE  
 DORALYCE · BARBIERIA · UXOR  
 ET · THERESIA · ZINIA · SOROR  
 MOERENTES

( LXXXVIIII )

¶ OSSA ¶

IOANNIS · BAPTISTAE · COLLI  
 DOCTORIS · LEGVM · IRENARCHAE  
 VIRI · PILO · ABSTINENTIS  
 AD · CONCILIANDOS · ANIMOS · MIRE · APTI  
 VIXIT · A · XXXIIII · M · II · D · VII  
 MORBVM · QVADRIMESTR · TVLIT · SINE · QVESTV  
 DOLOREM · SVORVM · SOLATVS · EST  
 DECESSIT · III · KAL · IVN · A · MDCCCXIIII  
 RELICTIS · PATRE · VXORE · FILIIS  
 EX · AMISSIONE · TAM · CARI · CAPITIS · INFELICISSIMIS

( LXXX )

AVE · CAESAR · ET VALE  
 CAESARI · ANDREAE · F · MORESCHIO  
 PRAEP · TABVLEARIOR · PROCVRATORIS · REGIL  
 AD · COLL · IVDICVM  
 LITIB · PRIMA · PROVOCATIONE · DIRIMEND ·  
 QVI · PIUS · VIXIT · A · XXXV  
 DIVTVRNA · AEGROTATIONE · STRENVE · EXHAVSTA  
 DEC · III · N · IVN · A · MDCCCXIIII  
 ANNA · GIOVAGNONIA  
 CVM · FRATRIBVS · SORORIBVS · Q · EIUS  
 FILIO · CARISSIMO · F · C ·

( LXXXI )

## P

HIC · SITVS · EST

PETRVS · VINCENTII · F · BENEDETTIVS  
QVI · ET · SARTORINIUS

DOMO · ROMA

CANTOR · SCENICVS

HIC · PRAESTANTIAM · ARTIS · SVAE  
LATE · PER · EVROPAM · CONCELEBRATAM  
INNOCENTIAE · ET · SANCTITATI · VITAE

RARISSIMO · EXEMPLIO

CONSOCIAVIT

IDEM · MODESTISSIMVS · MITISSIMVSQVE  
IN · SVOS · EXIMIA · LIBERALITATE · PISSIMVS  
PRECIBVS · FVNDENDIS · ADSIDUVS  
SANCTIS · DE · ALTARI · LIBANDIS · CREBERRIMVS  
AEGROTATIONES · PLVRES · AERVMNASQVE  
AEQVISSIMO · ET · INVICTO · ANIMO  
PERFESSVS  
ATQVAM · VIXIT · A · LXIII  
MAGNO EGENORVM · BONORVMQ · OMNIVM · MOERORE  
DECESSIT · POSTRID · ID · IVNIAS  
ANNO · MDCCCXIV  
· IN · PACE · QVTE

( LXXXII )

A P Ω

IOSEPHO · NADIO  
 ARCHITECTO  
 SODALI · REGIO · BONIS · ARTIB · EXCOLEND ·  
 VIRO · INGENII · EXCELLENTIS  
 QVI  
 ROMAE · COMMORATVS  
 MONVMENTORVM · VETERVM · ARTIFICIVM  
 ADSIDVO · PLVRIVM · ANNOR · STUDIO  
 COMPLEXVS · EST  
 REDVX · IN · PATRIAM  
 LABORVM · FRVCTVM · VBERRIMVM  
 PROPEDIEM · LATVRVS  
 MAXIMAM · CIVIVM · SVORVM · EXSPECTATIONEM  
 MORTE · INTERCEPTVS  
 DISIECIT  
 VIXIT · A · P · M · XXXV  
 DECESSIT · XIII · K · IVL · A · MDCCCXIII  
 THERESIA · GIORGIA  
 TVTRIX · FILII · VNICI  
 P ·  
 CV M · LACRIMIS ·  
 MAKITO · SVAVISSIMO

( LXXXIII )



HIC · IACET



GRATIANVS · BLASII · F · NEGRIVS

QVI · ET · FIBBIA · FABRIVS

ET · CASTRACANVS · ET · ANTERMINELLIVS

ET · A · ROBORE

VIR · PROBVS · RELIGIOSVS

QVI · VIXIT · A · LXVII

DEC · EX · APOPLEXI · V · NON · IVL ·

A · MDCCXIV

FRANCISCVS · XAVERIVS · ARGELATVS

DOCT · IVR · CAVSSIDICVS

H · EX · TEST ·

DEVINCTVS · BENEFICIO · SENIS · OPTIMI

( LXXXIV )

ANTONIO · MARIAE · BENELLIO

EXACTORI · DECUMAE · TRITICO · MOLENDINO

VIRO · FRVGI · BENE · MORATO

IN · OFFICIIS · RETINENDIS · DILIGENTISSIMO

QVI · VIXIT · A · LXVIII

DECESSIT · XVII · K · AVG · A · MDCCXIV

MARIA · GROSSIA · VXOR

ET · GERTRVDA · BENELLIA · BIAGIA · FILIA

MARITO · OPTIMO · PATRI · INDVLGENTISSIMO

( LXXXV )

## A      X      Ω

PETRO · DELA · FVENTE

DOMO · PENARANDA · IN · CASTELLA · VETERI

QVI · NATVS · ANNOS · XVIII

SOCIETATI · IESV · NOMEN · DEDIT

EA · DISSOLVTA

PROCVRATOR · REGIVS

PENSIONIB · SODALIVM · SOLVENDIS

FACTVS · EST

INTEGRITATEM · ABSTINENTIAM · FIDEM

PRAETVLIT

PECVNIA M · PLVRIMAM

IN · DEI · CVLTVM · AVGENDVM

ET · EGENOS · SVBLEVANDOS

QVOTANNIS · ADTRIEBVIT

DOLORES · LITHIASIS · TOLERAVIT · PATIENTISSIME

VIXIT · A · LXXV · M · VII · D · XIII

MITIS · COMIS · OFFICIOSVS

CARVS · VNIVERSIS

DECESSIT · VIII · KAL · AVG · A · MDCCCXIII

HERedes · P · C ·



( LXXXVII )

IACOBO · AVRELII · F · BRVSAE  
 VIRO · INGENII · ACERRIMI  
 AGRICVLTVRAE · ET · RER · AGENDARVM  
 PERITISSIMO  
 PIVS · VIXIT · A · LXI · D · XV  
 DECESSIT · V · ID · AVG · A · MDCCXIII  
 MARGARITA · MARCHIONIA · CONTRA · VOT · SVPERST.  
 CONIVGI · AMANTISSIMO · CONCORDISSIMO  
 IOANNES · BRVSA  
 CVM · FRATRIB · QVATVOR · ET · SORORIB · SEX  
 PATRI · OPTIMO · INCOMPARABILI  
 FAC · CVR ·

( LXXXVIII )

**P** THOMAE · COCCHIO **P**  
 ADOLESCENTI · SPEI · PRAECLARA  
 QUI · IN · CVRRICULO · ARITHMETICES  
 FRAEMIA · MAXIMA · PROMERVIT  
 STVDIA · LITTERAR · LATINAR · STRENVE · ADORTVS  
 AGENS · ANN · XVIII  
 MORTE · INTERCEPTVS · EST · III · ID · SEPT · A · MDCCXIII  
 PETRVS · COCCHIVS  
 CVM · MARIA · MINELLIA · CON ·  
 FILIO · OPTATISSIMO

( LXXXVIII )

**P**QVIETI · ET · MEMORIAE  
FRIDERICI · LODII**P**

ANNOR · XXVIII · MENS · I · DIER · XI  
 QVI · PROBITATIS · INREPREHENSÆ · LAUDEM · TVLIT  
 PARENTES · VXOREM · LIBEROS · IMPENSISS · DILEXIT  
 OBIT · XIII · KAL · OCTOBR · A · MDCCCXIII  
 CAROLVS · LODIVS · ET · MARIA · MAROZZIA · PARENTES  
 ET · MARIANNA · VESTRIA · VXOR  
 CVM · LACRIMIS

( LXXXVIII )

IOAN · CAMILLO · VNGARELLIO  
MEDICO

DOCTORI · ARCHIGYMNASII  
 VIRO · AB · IPSA · ADOLESCENTIA · STVDIOSISSIMO  
 SOLLERTISSIMO  
 QVI · ITALIAE · GALLIAE · Q · VRBES  
 MEDICINAE · FAMA · INLVSTRIORES  
 EDISCENDI · CVPIDITATE · PERAGRavit  
 VIXIT · A · XXXVII  
 COMIS · BENEFICVS · OFFICIOSVS  
 DEC · EX · ANEVRIISMATE · POSTRID · K · NOV · A · MDCCCXIII  
 BARTHOLOMAEVS · VNGARELLIVS · FRATER · QVI · ET · H.  
 MOERENS · P · C ·

(c)

A  Ω

GERMANO · IOSEPHI · DOCT · F ·  
AZZOGVIDIO

PHILOSOPHO · MEDICO · ANATOMICO

DOCTORI · ARCHIGYMNASI · ANNOS · AMPLIVS · L

VIRO · INGENIOSISSIMO · DISERTISSIMO

QVI · AD · VLTIMAM · SENECTVTEM

PRIMAE · AETATIS · ALACRITATEM

DOCENDO · SCRIBENDO · Q · RETINVIT


VIXIT · A · LXXIII · M · III

DECESSIT · XVII · KAL · JANVAR ·

ANNO · MDCCCXIII

FAVSTINA · DONATA

MARITO · CARISSIMO · F · C ·



## EPITAPHIA FEMINARVM

( i )

HIC · SITA · EST

MARIA · THERESIA

MICHAELIS · VIRI · PRINC · F ·

DE · LA · TOVR · TAXIS

CONIVX · Θ · LUDOVICI · KHEVENHUILER · COM ·

DOMO · VINDOBONA

MATRONA · LECTISSIMA

CVIVS · INGENIVM · ET · VIRTUTEM

OMNES · MIRATI · SVNT

LIBERALITATEM · AMICI · FAMILIARES · Q

SENSERVNT

VIXIT · A · LXV

DECESSIT · VII · K · MART · A · MDCCCVIII

ANTONIVS · SCARPELLIVS · ANTIST · VRBAN ·


ET · MELCHIOR · LONGHIVS · DOCT · IVR ·

CVRATORES · TESTAMENTI

FECERE

DONICVM · SEPVLCRVM · INLVSTRIVS

IVSSV · HEREDVM · EXSTRVATVR



## MUSEUM (II) INSTITUTI

H · S · E · ALBA · ARIENTIA  
 PIETATEM · ET · CASTIMONIAM · EIUS  
 SVAVITAS · MORVM · ET · CANDOR · ANIMI  
 EXORNAVERVNT

VIXIT · A · XXIII  
 ABORTV · PERIIT · XIII · K · IVL · A · MDCCCVIII  
 ALOISIVS · GVALANDIVS · CAVSSIDICVS  
 VXORI · INCOMPARABILI  
 QVACVM · IVCVNDDISSIME · FECI · A · IIII · M · VI · D · III  
 MON · VTI · EA · MORIENS · PRAEOPTAVIT  
 POSVI · MARITVS · INFELICISSIMVS  
 AVE · ANIMA · DVLCISSIMA · ET · VALE

## MUSEUM (III)

**P** MARGARITAE · BAGLIONIAE **P**  
 CONIVGI · Θ · AVRELII · BRVSAE  
 QVAE · FILIOS · VII · PATRE · ORBOS  
 SOLLERTIA · ET · PARCIMONIA · SVA  
 IN · MAGNA · REI · FAMILIARIS · DIFFICVLTATE  
 ALVIT · INSTITVITQVE · LIBERALITER  
 PIA · VIXIT · A · LXXXI · M · VII  
 OBIIT · VII · ID · IVL · A · MDCCCVIII  
 FRATRES · QVINQUE · CVM · SORORE  
 FECERVNT · MATRI · OPTIME · MERITAE

( IIII )

**P** CLAVDIAE • BANDIERAE **P**  
 VIRGINI • ANNOR • XXVIII  
 INGENIO • PERRARO • VERECUNDIA • EXIMIA  
 QVAE • DEVVM • DIVINAQVE • OMNIA  
 MIRIFICO • STVDIO • PROSECUTA • EST  
 AEGROTAIONEM • PLVS • BIENNIVM • PASSA  
 MAGNUM • VIRTUTIS • EXPERIMENTVM • DEDIT  
 OBIIT • XIII • K • AVG • A • MDCCCVIII  
 PETRONIVS • BANDIERA • ET • ANGELA • SELLERIA  
 PARENTES • IN • LACRIMAS • EFFUSI  
 POS • FILIAE • OBSEQUENTISSIMAE • SVAVISSIMAE

( v )

CATHARINAE • ANSALONIAE  
 FEMINAE • IN • EXEMPLVM • FRVGI • PVDICAE  
 ET • CIRCA • LIBEROS • DILIGENTISSIMAE  
 QVAE • VIXIT • A • XXV • M • VI  
 DIVTVRNO • MORBO • EXERCITA  
 SINGULAREM • TOLERANTIAM • PRAE • SE • TVLIT  
 DECESSIT • VII • KAL • AVG • A • MDCCCVIII  
 IOSEPHVS • MARIA • ANSALONIVS  
 FILIAE • VNICAЕ • CARISSIMAE  
 IOSEPHVS • MARCHIVS  
 VXORI • VNANIMAE • M • P • C •

( vi )

CINERIBVS · ET · PIETATI  
 MARIAE · VIRGINIAE · AEMILII · F · MALVETIAE  
 VXORIS · Θ · ANTONII · TORTORELLII  
 C · F ·  
 SINGULARIS · IN · CONIVGEM · SOBOLEMQ · ADFECTVS  
 MIRAE · IN · AERVMNOSOS · BENIGNITATIS  
 QVAE · APOPLEXI · CORREPTA  
 LOQVELAE · EX · STVPORE · LINGVAE · IACTVRAM  
 ANN · PROPE · SEX · FORTI · PATIENTIQVE · ANIMO · TVLIT  
 VIXIT · AN · LXXXIII · M · X · D · VI  
 DECESSIT · III · K · SEXTIL · A · M · DCCC · VIII  
 FILII · MOESTISSIMI · POSVERE

( vii )

MARIAE · FRANCISCI · F · ROSSIAE  
 CONIVGI · DVLCISSIMAE  
 QVAM · VENVSTAS · FORMAE · LENITAS · INGENI · ORNAR ·  
 PVDOR · ET · RELIGIO · COMPOSVERVNT  
 PARTVS · QVATVOR · IABORIOSISSIMI  
 ET · AEGROTATIO · QVINQVENNIS · EXERCVERE  
 VIX · A · XXXVIII · DEC · III · ID · AVG · A · MDCCCVIII  
 FRANCISCVS · TOGNETTVS  
 MARITVS · MOESTISSIMVS · F · C ·  
 AVE · LVX · MEA · ET · VALE · AETERNVM

( VIII )

MARIANNAE · PAVLLI · F · REGGIANIAE

ANNOR · XXXIII

QVAE · ORBITATI · DOMVS · SVBVENIENS  
 MATRISFAMILIAS · OFFICIA · NAVITER · IMPLEVIT  
 PIETATEM · SVPER · OMNIA · CONSECTATA · EST  
 OBIIT · PRID · K · SEPTEMBR · A · MDCCCVIII  
 CAMILL · SAC · ET · ALOIS · CVM · ROSA · ET · FRANCISCA  
 SORORI · DILECTISSIMAE · BENEMERENTI

( VIII )

ADELAIDI · ROSSIAE · SPONSAE · DIER · QVATVOR

QVAE · PROPEDIEM · NVPTVRA

SVBITA · FEBRIS · VI · ABREPTA · EST  
 XIII · K · OCT · A · MDCCCVIII · NAT · A · XVIII · M · VI · D · VI  
 IAC · ROSSIUS · ET · THERESIA · MAZZONIA · PARENTES  
 ET · FRIDERICVS · FRATER · FECERVNT · CVM · LACRIMIS

( X )

CAIETANA · ANDREAE · F · BALLARINIA

HEIC · SITA · EST

VIX · A · XVII · M · I · D · XXI · OB · XIII · K · NOV · A · MDCCCVIII

ANNA · GALLVPPINIA

FECIT · MATER · INFELIX

QVAE · MARITO · PRIDEM · CONDITO  
 FVNVS · ETIAM · VIDIT · FILIAE · DVLCISSIMAE

( XI )

MARIAE · MAGDALENAE · CIMBALONIAE  
 CONIVGI · ♂ · CAIETANI · CODINI  
 QVAE · ADHVC · AETATE · FLORENS  
 NOVIS · NVPTIIS · HONESTISSIMIS · REJECTIS  
 SOBOLI · EDVCANDAE · OMNEM · CVRAM · IMPENDIT  
 VIX · A · LXXVI · DEC · POSTRID · N · NOV · A · MDCCCVIII  
 CODINI · FRATRES  
 JOSEPHVS · MED · ALOISIVS · AVGVSTINVS  
 MATRI · OPTIMAE · BENEMERENTISSIMAE

( XII )

MARIANNAE · LVDOVICI · F · ALGARDIAE  
 VXORI · ♂ · IOAN · ANDREAE · FACCI  
 QVAE · FORMAE · PRAESTANTIS · LAVDEM  
 PUDICITIA · ET · MODESTIA · AVXIT  
 REI · FAMILIARIS · PERDILIGENTER · SATEGIT  
 AGENS · A · XXXXVI · DEC · K · DEC · A · MDCCCVIII  
 DOLOR · ET · LVCTVS  
 IOANNIS · PETRI · LAZZARI  
 MARITI · SECUNDI  
 QVI · CONIVGEM · AMANTISSIMAM  
 VIVAM · IMPENSISSIME · REDAMAVIT  
 DEMORTVAM · MEMORIAE · INFIXAM · HABET  
 HABEBIT

( XIII )



DOMINICAE · MENGHINIAE  
 FAMVLAE · EMERITAE · DOMVS · STVROLIAE  
 FEMINAE · INNOCENTISSIMAE  
 HAEC · PRAESENTEM · DEVVM · ADSIDVE · RESPEXIT  
 SACRAMENTVM · AVG · AD · VENERANDVM · PROPOSITVM  
 QVOTIDIE · PER · MVLTAS · HORAS  
 A · XXX  
 AEDEM · HONORIS · SVI · A · SOLO · REFECIT  
 CVRLANIS · ACCEPTISSIMVS · FVIT  
 VIXIT · A · LXXVII · M · III · D · XLI  
 DECESSIT · PRID · ID · MARTIAS · A · MDCCXII  
 TAST · SIBI · PONI · IVSSIT

( xvi )

H · S · E ·  
 ARCHANGELVS · FRANCISCI · F · LAGHIVS  
 MONACHVS · CARTHVSIANVS  
 COENOBII · HVIVSCM · QOADSQVE · STETIT  
 PRAEP · PRIMVS · SACRIS · COEMETERII · CVRAND ·  
 VIR · IN · EXEMPL · PIUS  
 QVI · SVPELLECTILEM · AEDIS · DILIGENTISS · SERVAVIT  
 ET · DE · SVO · AVXIT  
 VIXIT · A · LXV  
 OBIIT · XIII · K · APRILES  
 A · MDCCXII

( XVII )

NICOLAO·BARTHOL·F·CHIARELLIO·PANNINIO  
 DOMO · CENTO  
 CANONICO · RHENANO  
 ARCHIDIACONO · ECCLESIAE · BONONIENSIS  
 VIRO · GRAVI · CONSTANTI · FRVGI  
 DISCIPLINAE · IN · REB · OMNIB · SERVANTISSIMO  
 VIXIT · A · LXVIII · M · VIII · D · XIII  
 DECESSIT · PRID · NON · OCTOBR · A · MDCCXII  
 BARTHOLOMAEVS · CHIARELLIVS · PANNINIVS  
 QVI · ET · FERRARIUS  
 FRATRIS · F · PONEND · CVR ·

( XVIII )

H·S·E·IOSEPHVS·TOMBA·SAC·SODALIS·BARNAB·  
 QVI · RHETORICAM · DOCVIT  
 LATINAЕ · ITALICAЕ QVE · LINGVAE · ELEGANTIAS  
 CALLVIT · QVAM · QVI · MAXIME  
 ADOLESCENTES · LITTERIS · PIETATE QSED VLO · IMBVIT  
 VIXIT · A · XXXIII · M · VIII · D · XVII  
 INNOCENS · VITA · TENAX · PROPOSITI  
 SVAVIS · ORE · ET · SERMONE  
 PHTHISI · QVADRIENNI · CONSTANTISSIME · TOLERATA  
 PLACIDO · EXITV · EMIGRAVIT · IIII · K · NOV · A · MDCCCXII  
 PATER · ET · FRATRES · TRES · M · F · C ·

( XVIII )

¶ OSSA ¶

IOAN·BAPTISTAE·ALEXANDR·MARCH·F·PAVERI  
 DOMO · PLACENTIA  
 QVI · SODALITIO · PHILIPPANORVM  
 BONONIAE · NOMEN · DEDERAT  
 AB · ANDREA · IOANNETTO · CARD · ARCHIEP · N ·  
 INTER · CANONICOS · TEMPLI · METROPOLITANI  
 ADLECTVS · FVIT  
 VIXIT · ANNIS · LXXIII  
 INTEGR · COMIS · BENEFICVS  
 MVNERIBVS · ET · HONORIEVS  
 OMNIQ · PIETATIS · OFFICIO · ENIXE · FVNCTVS  
 DECESSIT · XI · KAL · IAN · A · MDCCCXII

( XX ).

LEOPOLDO · FELICI · CODINIO · SAC ·  
 QVI · MVNVS RECTORIS · MINORIS · COLLEGI · CLERICOR ·  
 EGIT · ANNIS · XXVIII  
 VICEM · MAIORIS · EXPLEVIT · ANNIS · IIII ·  
 PRUDENTIA · ET · SEDVLITATE · PRAESTIT  
 SVAVITATE · MORVM · CARVS · VNIVERSIS · FVIT  
 VIXIT · A · LXXVIII  
 RIO · EXITV · DECESSIT · III · K · MAIAS · A · MDCCCXIII  
 HERedes · PONENDVM · CVRAVERVNT,

( xxii )

HIC · SITVS · EST  
HIERONYMVS · SALADINIVS · SAC ·  
DOMO · LVCA · QVI · ET · BONONIENSIS  
EQ · LEGIONIS · HONORATORVM  
CANONICVS · DECANVS · TEMPLI · METROPOLITANI  
DOCTOR · EMERITVS · ARCHIGYMNASII  
SODAL · BENEDICTIN · SODAL · REG · VS · INSTIT · ITALICI  
MATHEMATICVS · EXIMIVS  
QVI · SCRIPTIS · EDITIS · LVCVBRATISSIMIS  
PER · EVROP · VNIVERS · MAXIMVM · SIBI · NOMEN · COMPARAVIT  
VIX · A · LXXVIII · DEC · K · IVN · A · MDCCCXIII  
HEREDES · F · C ·

( xxii )

H · S · E · PETRVS · ALOISII · F · GNVDIVS · SAC ·  
DOCTOR · PHILOSOPHIAE  
QVAM · TRADIDIT · CENTI · IN · COLL · ALVMNOR · ECCLES ·  
IN · PATRIAM · REDVX · ALVMNIS · POETIANIS  
AD · MORTEM · VSQVE · PRAEFFVIT  
IVDEX · CLERICIS · PROBANDIS  
VIR · INGENIO · PRVDENTIAQVE · ACVTISSIMVS  
RELIGIONE · ET · MORIB · COMMEMORABILIS  
VIXIT · A · LXIII · M · I · D · XVIII  
DECESSIT · IIII · K · IVL · A · MDCCCXIII

( xxiii )

HIC • IACET  
 ANGELVS ANTON FRANCISCI F GIOANNINIUS  
 DOMO • MEDICINA • IN • TERRITOR • N •  
 CVI • INTER • FRATRES • FRANCISCALES • REFORMATOS  
 THEODORVS • NOMEN • FVIT  
 MAGISTER • THEOLOGIAE  
 ADMINISTER • PROVINCIALIS • ORDINIS • SVI  
 DOCTOR DECVRIALIS IVR SACRI IN GYMNAS CAESENAT.  
 ORATOR • PROBATVS • ADSIDVVS  
 VIR • COMIS • BENIGNVS • ACCEPTVS • VBIQVE  
 VIX A LIII M II D XI DEC XVI K SEXT A MDCCCXIII

( xxiv )

**P** CINERIBVS • ET • PIETATI **P**  
 RODVLPHI • GOZZOLI • SAC •  
 ADLECT • INTER • FRATRES • FRANCISCALES • CAPVLATOS  
 MAGISTRI • THEOLOGIAE  
 CENSURA PROVINCIAE PRAEFECTVRAQ COENOBI SVI  
 PLVRIES • ET • NAVITER • FVNCTI  
 CONCIONATORIS • QVADRAGENARII • ANNOS • LIII  
 VIXIT • A • LXXXIII • M • II • D • XXVI  
 DECESSIT • XI • K • NOVEMBR • A • MDCCCXIII  
 LIBERATVS • MONTANARIUS  
 SODALIS • ET • HERES • F • C •

( xxv )

**P** ANTONIO · SCARPELLIO **P**  
DOMO · ROMA  
A · PIO · VII · PONT · MAX ·  
CVI · GRATIOSISSIMVS · FVIT  
INTER · CVBICVLARIOS · HONORARIOS  
DOMVS · PONTIEICALIS · ADLECTO  
VIRO · COMI · FRVGI · INDVSTRI  
STVDIO · RELIGIONIS · PIETATE · IN · PARENTES  
LAVDE · ELOQVENTIAE · ET · POESEOS  
SPECTATISSIMO  
VIX · A · LXIII · DEC · IN · PACE · XII · R · IAN · A · MDCCXIII  
FRATER · ET · SORORES · MOERENTES · POSVERE.

( xxvi )

H · S · E · VINC · VENANTIVS · PII · F · BARTOLVS  
SODALIS · DOMINICIANVS · MAGISTER · THEOLOGIAE  
CONCIONATOR · PER · ITALIAM · LAVDATISSIMVS  
PRAEFECTVRAM · COENOBII · SVI  
QVOD · FVIT · AD · DOMINICI · PLVRIES · ADMINISTRAVIT  
VIX · A · LXXIII · D · XXI  
APOPLEXI · DIVTINA · CONFLICTATVS  
DECESSIT · POSTRID · KAL · MARTIAS · A · MDCCXIII  
PETRON · SALIMBENIVS · SAC · ET · SEBAST · LORENZINIUS  
CVRATORES · TESTAMENTI · F · C ·

( xxvii )

A      P      Ω

HIC · SITVS · EST  
PETRVS · GVIZZIVS · SAC ·  
DOMO · SPOLETO  
CVRIO · AD · APOLLINARIS · IN · TERRITORIO · PATRIO  
QVI · ANNO · MDCCX  
NE · A · PONTIFICE · MAXIMO · DEFICERET  
EXSILIVM · PASSVS  
PLACENTIAM · PRIMVM · RELEGATVS  
DEIN · BONONIAM  
IBIQUE · ET · FORICORNELII · ET · LVCI · IN · AEMILIA  
CARCERE · INCLVSVS  
A · MDCCCXIII · IVRIBVS · ECCLESIAE  
DIVINITVS · RESTITVTIS  
BONONIAM · REVERSVS  
PHTHISI · EX · CAPTIVITATE · AERVVNISQ · CONTRACTA  
POST · MENSES · VI · DIES · XVIII  
NATVS · A · L  
DEC · EXITV · SANCTISSIMO · VII · KAL · IULIAS  
IN · AEDIBVS · CLAUDIAE · MARCHESINIAE · VIDVAE  
VSI · ET · PRIMITVS · HOSPITATVS · FVERAT



( XXV LII )

H·S·E·ALOISIVS·VINCENTIVS·GANDOLFIUS  
 SODALIS·DOMINICIANVS·MAGIST·THEOL·PROV·SVAE  
 VIR·DOCTRINA·ET·ERVDITIONE·INLVSTRIS  
 PIETATE·MODESTIA·AFFLICTATIONE·CORP·SINGVLARIS  
 CONTEMPTOR·SVI·RERV MQ·OMNIVM·HUMANAR·  
 AMATOR·PAVPERTATIS·SOLATOR·EGENORVM  
 COMIS·OFFICIOSVS·CARVS·VNIVERSIS  
 NATVS·A·LXXXII·M·I·D·VIII  
 ITERATO·APOPLEXIS·ICTV·OBIIT·IN·PACE  
 VI·NON·IVELIAS·A·MDCCCXIII  
 ALOISIVS·BECCHETTVS  
 SODALI·VETERI·COENOBII·EIVSDEM·QVOAD·STETIT  
 AMICO·SVAVISSIMO·QVOAD·VIXIT·F·C·  
 HAVE·ET·VALE·MEIQVE·MEMOR·ESTO

( XXVIIIT )

PETRO·ALEXANDRO·DOMINICI·MARIAE·F·  
 MAZZONIO·SAC·  
 COOPT·IN·COLL·CANONICOR·BASILIC·PETRONIAN.  
 AB·ACTIS·COLLEGII·SVI·SYNDICO·EIVSDEM  
 GVI·STUDIOSISS·DILIGENTISS·Q·PRAEBVIT·OPERAM  
 VIRO·PIO·FRVGI·MODESTO·ERVDITO  
 VIX·A·LXVI·DEC·X·K·DECEMBR·A·MDCCCXIII  
 JOSEPHVS·MAZZONIVS·TAB·FRATRI·OPT·B·M·

( xxx )

A      Ρ      Ω

PETRO · ALOISII · ADV · F · MAGNONIO  
DOCTORI · THEOLOGO  
CURIONI · AD · ISAIAE  
A · CONFESSONIB · SORORVM · ANGELIANARVM  
PRAEP · AD · COLL · CAN · BASILICAE · PETRONIANAE  
IVDICI · CLERICIS · PROBANDIS  
A · DECRETIS · RESCRIPTI SQ · ARCHIEPISCOPO R · NOSTROR ·  
VINCENTII · MALVETII · ANDREAE · IOANNETTI  
CAROLI · OPPIZZONII · VV · EE ·  
QVIBVS · OMNIBVS  
PROPTER · DOCTRINAM · PRUDENTIAM · INTEGRITATEM  
PROBATISSIMVS · ACCEPTISSIMVS · Q · FVIT  
VIRO · PIETATE · MODESTIA · AEQVANIMITATE  
STUDIO · RELIGIONIS  
COMMEMORABILI  
VIXIT · A · LXXVII · M · VIII · D · XII  
MOEROR · ET · LVCTVS · CLERI · VNIVERSI  
HILARIS · MORTEM · OBIVIT · VI · ID · DEC · A · MDCCCXIII  
HEREDES · M · P ·



EPITAPHIA  
VIRGINVM DEO DEVOTARVM

---

( i )

HIC · IACET  
ROSALIA · BELVEDERIA  
SOROR · CLARALIS · COENOBI · VIGRIANI  
CVLTRIX · DEI · OMNIPOTENTIS · ADSIDVA  
STVDIOSISSIMA  
VIXIT · ANN · LXIII  
DECESSIT · VII · ID · FEBR · A · MDCCCVIII

( ii )

H · S · E ·  
ANGELA · MARIA · XAVERIA · RAMPIONESIA  
VIRGO · AVGUSTINIANA · VELATA  
COENOBI · QVOD · FVIT · AD · MARIAE · ANGELIANAE  
HAEC  
INGENIO · ALACRI · MORIBVS · SVAVISSIMIS  
PATIENTIA · AEGROTATIONVM · COMMEMORABILI  
ENITVIT  
VIXIT · A · LVIII · M · III · D · XVI  
CVM · SORORIEBV · A · XXXX  
DECESSIT · XV · KAL · APR · A · MDCCCVIII

( III )

**P**AVLLA · MIGNANIA **P**  
 ANCILLA · SANCTIMONIALIS · VIGRIANA  
 HEIC · SITA · EST  
 AEGROTATIONES PLVRIMAS ANIMO INVICTO SVBIIT  
 VIX · A · LXVI · EMIGR · VIII · K · IVN · A · MDCCCVIII

( IIII )

ROSAE · IOSEPHI · F · TOLOMELLIAE  
 VIRGINI · VRSVLANA · DOMISEDAE  
 QVAE · VITAE · INTEGERR MA · RELIGIONIS · OBSERVANTISS.  
 EADEM · COMIS · HILARIS · FVIT  
 VIX · A · LXXV · OB · POSTRID · K · AVG · A · MDCCCVIII  
 FRANCISCA · TOLOMELLIA · MINGONIA  
 SORORI · CARISSIMAE  
 CAIETANVS · MINGONIVS · DOCT · IVR · TAB ·  
 MATERTERAE · OPTIMAE · F · C ·

( V )

HIC · IACET  
 ANGELA · M · THERESIA · CALCAGNINIA  
 DOMO · FERRARIA  
 ADLECTA · INTER · VIRGG · AVGVSTINIAN · VELATAS  
 COENOBI · QVOD · FVIT · AD · MARIAE · ANGELJANAE  
 POST · ANN · LXXXIII · INNOCENTISSIME · PERACTOS  
 IIT · AD · SPONSVM · III · K · SEPT · A · MDCCCVIII

( vi )

H · S · E · MARIA · STORANIA · FERRARIENSIS  
VIRGO · CLARALIS · ANTISTITA · COENOBII  
MAR · VICTORIALIS · AD · PVTEVM · RVBR · QVO · DELETO  
IMMIGRAVIT · IN · COENOB · VIGRIAN · DECESS · XV · K ·  
FEBRVARIAS · A · MDCCCX · NATA · ANNOS · LXXVI

( vii )

FORTVNATAE · IOS · COM · F · MALVETIAE

MATRI · DEVOTAE · FRANCISCALI  
ANTISTITAE · POSTREMAE · COENOBII  
QVOD · FVIT · AD · NABORIS · ET · FELICIS · MARTT ·  
VIX · A · LXXII · D · IIII · DEC · III · ID · APR · A · MDCCCX  
MALVETHI · FRATRES · VINCENTIVS · ET · PETERVS  
AMITAE · PISSIMAE · F · C ·

( viii )

MARiae · MAGDALENae · CONVENTiae  
VIRG · DOMINICIAN · VELAT · COENOB · Q · F · AD · IOAN · BAPT ·  
PIAE · PRVDENTI · COMI · ACCEPTISSIMAE · SORORIB ·  
QVAE · AEGROTATIONEM · ANNOR · NOVEM  
DIRA · ETIAM · APOPLEXI · EXASPERATAM  
FORTIS · HILARIS · TVLIT  
VIX · A · LXVI · DEC · POSTRID · K · DEC · A · MDCCCIIT  
BENEDICTVS · CONVENTIVS · SAC · ADV ·  
FRATER · M · P · A · MDCCCX

( VIII )

H<sup>~</sup>S<sup>~</sup>E MARIA ANGELICA LAVR F<sup>~</sup>BONAZZIA  
 QVAE • ET • BOTTAZZIA  
 POSTREMA • FAMILIAE • SVAE  
 VIRGO • FRANCISCALIS • VELATA  
 COENOBI<sup>I</sup> QVOD FVIT AD LVDOVICI ET ALEXII  
 MAGISTRA • SORORVM • NOVICIARVM • QVINQVIES  
 DOCTA • LATIN LINGVAM ET HISTORIAM ECCLESIAE  
 PISSIMA • VIXIT • A • LXXXIIII • M • IIII • D • II  
 NOVEM • ABHINC • ANNIS • CAPTA • OCVLIS  
 QBIIT • MORTEM • VITAE • CONSENTANEAM  
 VI • KAL • MARTIAS • A • MDCCCXI  
 BALTASSAR • CARRATVS  
 VIRTVTIS • EIVS • ERGO • P •

( X )

ANNA • CATHARINA • RADISINIA  
 VIRG. IESVATA • COENOBI<sup>I</sup> Q. F. AD TRINIT AVG.  
 HIC • SITA • EST  
 INGENIO PRAESTITIT OP PHRYG INDVSTRIE FECIT  
 AEGROTATIONEM SEPTENNEM FORTITER DVRAVIT  
 V. A. L. M. II. D. XXII. OB. K. IVL. A. MDCCCXII  
 VINC. RADISINIVS. SAC. FRATER. P. CVM. LACRIMIS.  
 AVE • ET • VALE • SOROR • PISSIMA  
 ECQVANDO • IN • CAELIS • TE • REVISAM.

( xi )

HIC · SITA · EST · ALMA · FELIX · BERTIA  
VIRGO · IESVATA · COENOBI · Q · F · AD · TRINITATIS · AVG ·  
PRAEFECTVRAM · MAGNA · SOROR · SVAR · ADPROBATIONE  
GESSIT · V · A · LXXVII · OB · IN · PACE · XVIII · K · SEPT · A · MDCCCXII

( xii )

MARiae · MATILDAE · PANCALDIAE  
CVI · AGNOMEN · A · SACRO · CORDE · IESV  
INTER · VIRGG · CARMELITID · EXCALCEAT · COENOBIOR ·  
QVAE · FVERE · CREMONAE · ET · BONONIAE  
HONORE · PRAEFECTVRAE · SANCTISSIME · FUNCTAE  
VIX · A · LXIII · OB · PRID · KAL · JAN · ANNO · MDCCCXII  
VIRGINES · SODALES · VETERES  
MAGISTRAE · VIRTUTVM · OMNIVM

( XIII )


H · S · E · LVDOVICA · PROSPERI · COM · F · ANTONINIA  
VTINENSIS · CVI · INTER · VIRGINES · THERESIANAS  
EXCALECEATAS · COENOSII · Q · F · AD · GABRIELIS  
MARIA · SERAPHINA · A · TRINIT · AVG · NOMEN · FVIT  
PRAEFECTVRAM · IN · EXEMPL · BIS · ADMINISTRAVIT  
SACROSANCT · CORP · D · N · IES · ENIXE · VENERATA · EST  
MODESTA · COMIS · ACCEPTA · OMNIB · VIXIT · A · LVIII ·  
DECESSIT · III · NON · FEBRVAR · A · MDCCCXIII  
MARIA · THERESIA · SALA · VIRGO · SODALIS · FECIT

(xiii)

H · S · E · MARIA · GERTRVDA · TONDELLIA  
 ANTIST · VIRGG CISTERCIENS · COENOB · Q · F · AD · LEONARD ·  
 MVNERA · VNIVERSA · ORD · SVI · NAVITER · SANCTEQ ·  
 OBIVIT · COMITATE · LENITVD · BENIGNITATE · EMINVIT  
 VIX · A · LXXXVI · M · VI · DEC · XII · K · MART · A · MDCCCXII

(xv)

ROSALIAE · SCIPIONIS · COM · SEN · F ·  
 ELEPHANTVTIAE  
 VIRG · DOMINICIAN · COENOB · Q · F · AD · MAR · NOVAE  
 OFFICIIS · MAIORIBVS · EGREGIE · DEFVNCTAE  
 VIXIT · A · LXXXV · D · XX  
 PIA · COMIS · PROBATA · VNIVERSIS  
 DECESSIT · VII · K · AVG · A · MDCCXIII  
 ANT · CERETOLVS · ELEPHANTVTIVS · EQ · COM ·  
 MATERTERAE  
 CAROLA · ELEPHANTVTIA  
 VIRGO · DOMINICIAN · COENOB · Q · F · AD · AGN ·  
 SORORI  
 MOERENTES · POSVERE



EPITAPHIA  
SEPVLCRORVM COMMVNIVM

---

( i ).

IOSEPHO · CALEGARIO  
CALCVLATORI  
SCIENTISSIMO · PROBATISSIMO  
QVI · VIXIT · A · LXXIII  
OBIIT · IIII · KAL · SEXTILES  
A · MDCCCVIII  
ET · ANTONIAE · TARTARINIAE  
VXORI · EIUS  
FEMINAE · PIAE · CONSTANTI  
QVAE · NATA · A · LIII  
FASTIDIVM · DIVTVRNI · MORBI  
SINE · QUESTV · PERPESSA  
POST · MENS · VIII · DIES · XVIII  
MARIIVM · SEQVVTA · EST  
CALEGARII · FRATRES  
ALOISIVS · ET · CAIETANVS  
CVM · MARIA · SORORE  
PARENTIBVS · AMANTISSIMIS  
F · C ·



( II )

**R** HIC • SITI • SVNT **R**  
 ALOISIVS • IOSEPHI • F • RIZZOLIVS  
 ANNOR • XXIII  
 DOLOR • MARIAE • MAGD • MORESCHIAE • VXORIS  
 CVM • QVA • DVLCITER • VIXIT • A • III • M • VI • D • XI  
 OBIIT • XV • K • IAN • A • MDCCCI  
 ET • PETRONIVS • RIZZOLIVS • FRATER • EIVS  
 IVVENIS • PERITISSIMVS • ARITHMETICES  
 SPECTATISSIMVS • A • PROBITATE  
 QVI • VIXIT • A • XXV  
 DECESSIT • POSTRID • K • FEBR • A • MDCCCVIII

( III )

HIC • SITA • EST  
 CANDIDA • ANTONII • F • PALLOTTA  
 FEMINA • PIENS • DOMISEDA  
 INIMICA • OTII • ET • VOLVPTATVM  
 QVAE • AGENS • A • XXXVIII  
 OBIIT • IN • PVERPERIO • XVII • K • IAN • A • MDCCCVIII  
 CAROLVS • DAL • RE • MED •  
 POSVIT • VXORI • MERITISSIMAE  
 ET • IOSEPHILLAE • FILIAE  
 BIMVLAE  
 POST • MENSES • TRES • MATREM • SVBSEQVTAE

( IIII )

ANTONIO • PANCALDIO

ANNOR • LIII • MENS • VIII • DIER • XVIII  
QVI • DECESSIT • PRID • KAL • APRIL • A • MDCCCX  
ET • PETRO • FILIO • EIVS  
ANNOR • XXX • MENS • III • DIER • XVIII  
QVI • FATVM • PATRIS • ANTEVERTIT  
MENSIB • III • DIEB • XI  
JOSEPHVS • ET • BENEDICTVS  
PATRI • ET • FRATRI • CARISSIMIS • P •

( V )

**P** HIC • IACENT **P**

PETRVS • IOAN • BAPTISTAE • F • RONCA

AVRIFEX

ANNOR • XXI • Θ • XI • KAL • NOVEMBR • A • MDCCCX  
ET • ANNA • SOROR • EIVS  
QVAE • VIXIT • A • XXV  
POST • DIES • V • FRATRIS • FATVM • SVBIIT  
MARIA • MAGD • MARTELLIA  
MATER  
JOSEPHVS • RONCA  
FRATER • QVI • ET • HERES • P • C •  
AVETE • PIAE • ANIMAE  
VALETE • IN • PACE

( VI )

ALEXANDRO · SAVIOLIO  
 CVBICVLARIO · ET · CONSILIARIO  
 REGIS · BAVARIAE · MAXIMILLIANI  
 PRAESIDI MINORI COLL PHILOSOPHOR MONACHIENS  
 SODALI · PHILOSOPHO · HELMSTADIENSI  
 SODALI · LITTERARIO · ROBORETANO  
 VIX · A · LXVIII · M · VII · DEC · III · ID · IVN · A · MDCCCXI  
 SAVIOLII · FRATRES  
 IOAN · LVCIUS · CAN · ET · HENRICVS  
 PATRI · AMANTISSIMO  
 ET · MEMORIAE  
 THERESIAE · WVNSCHWITZ  
 ET · MAXIMILIANAE · WERNER  
 MATRVM · CARISSIMARVM  
 IVSSV · EIVS

( VII )

SCARSELLIS · INFANTIBVS  
 DOMINICO · A · I · M · III · D · XVIII · Θ · ID · OCT · A · MDCCCVIII  
 GERTRVDAE · DIER · XII · Θ · V · KAL · IAN · A · MDCCXI  
 ANNAE · A · I · M · VIII · D · XXVIII · Θ · XVII · K · OCT · A · MDCCXII  
 CAESAR · ALEXANDER · SCARSELLIUS  
 GVM · ELISABETHA · TASSINARIA  
 FILIUS · CAELESTIBVS

( VIII )

**P** CAIETANO · MARZOCCHIO **P**  
 ANNOR · LXXXI · MENS · II · DIER · XVIII  
 Θ · POSTRID · NON · IAN · A · MDCCCX  
 PHILIPPVS · MARZOCCHIVS · ET · GERTRVDA · SOROR  
 F · PATRVO  
 ET · THERESIAE · FERRIAE  
 VXORI · EIVS  
 ANNOR · LXXXVII · MENS · V · DIER · III  
 Θ · XII · K · MART · A · MDCCCXIII  
 ANIMABVS · RELIGIOSISSIMIS · INNOCENTISSIMIS  
 HAVETE · O · QVI · NOS · A · PRIMA · AETATE · ORBOS  
 SVSCEPISTIS · EDVCAVISTIS  
 AMANTISSIME

( VIII )

HIC · SITI · SVNT · BOLDRINII · FRATRES  
 IOSEPHVS · ET · IOACHIMVS · DOMINICI · F ·  
 HOMINES · VETERIS · INNOCENTIAE  
 VIXIT · JOSEPHVS · A · LXXVII  
 DECESSIT · VI · ID · MAIAS · A · MDCCCXIII  
 POST · MENSES · IIII · DIES · XXVI  
 AB · EXCESSV · IOACHIMI · NAT · ANNOS · LXXII  
 VINCENTIVS · BAROZZIVS · QVI · ET · BOLDRINIVS · SAC ·  
 IOSEPHI · HERES · EX · TESTAMENTO · F · C ·

( x )

ANTONIO · GALLETT  
 ANNOR. · LXXII · Θ. · K. · AVG. · A. · MDCCXIII  
 JOSEPHVS · GALLETTVS  
 PATRI · ET · SIBI · ET · SVIS

( xi )

**P** IOSEPHO · CASTELLIO **P**  
ANN. XX. RAPTO EX APOPLEX. VI. K. DEC. A. MDCCXIII.  
 DONINICVS · CASTELLIVS.  
 FECIT · FILIO · DESIDERATISSIMO  
 ET · SIBI  
 ET · VERONICAE · CHIARINIAE · CONIVGI.  
 ET · CAROLINAE · ET · MARIAE · FILIAB.  
 HEV · PRIOR · DECESSISTI · IOSEPHE  
 NOS · TE · QVO · DEVS · IVSSERIT · ORDINE  
 SEQVEMVR.

( xii )

ZANCHETTIS · INFANTIVS · BIMVLIS.  
 RAPHAELI · ET · VERONICAE  
 DOMO · FERRARIA.  
CAROLVS · ZANCHETTVS · ET · AVRELIA · SCARSELLIA.  
 FILIIS · DVLCISSIMIS.  
 RAPHAEL · Θ. · V · N · FEBR · A · MDCCXIII  
 VERONICA · Θ. · V · N · MART · A · MDCCXIII

( XIII )

ISABELLAE·ANGELI·COM·F·RANVTIAE  
CONIVGI·@·HERCVLIS·TANARII·EQVESTR·NOBILIT·  
MATRONAE·EXEMPLI·COMMENORABILIS  
QVAE·MVLLIEREM·FORT·HVIC·AETATI·REPRESENTAVIT  
VIX·A·LXXI·DEC·III·ID·APR·A·MDCCCXIII  
TANARIAE·DE·BOEV·ELEONORA·ET·IVLIA  
FECERVNT·Matri·BENEMERENTISSIMAE  
ET·SIBI·SVISQVE·POSTERISQVE·EORVM·

( XIV )

**R** CINERIBVS **R**


SALVATORIS · DOTTI  
PHARMACOPOLAE

QVI·CHYMICAM·FEC·A·XXXX·IN·INSTIT·BONONIENS·  
PERITIAMQ·SVAM·VIRIS·PRINCIPIB·MIRE·PROBAVIT  
PIVS·VIX·A·LXXVII·DEC·PRID·N·MART·A·MDCCCXIII  
ET·ANNAE·CORTELLINIAE·CONIVGIS  
QVAE·IN·MATRIMONIO·EIVS·FVIT·A·XXXXVII  
VIXIT·A·LXX·M·XI·D·XXIII  
MATERFAMILIAS·PIA·PVDICA·SOLLERS  
DECESSIT·POSTRID·N·IVLIAS·A·MDCCCXIII  
ROMVALDV·IGNATIVS·DAVID·PHILIPPVS  
CVM·IVLIA·SORORE  
PARENTIBVS·OPTIMIS·POSVERE

( xv )

A  Ω

FERDINANDO • FERRARESIO  
ANNOR • LXIII  
AB • ADMISSIONIB • PRAEP • MVNICIP •  
Θ • KAL • NOVEMBRIB •  
A • MDCCCXII  
ET • IOSEPHAE  
FILIAE • EIVS  
ANNOR • XXXXIII  
Θ • III • NON • JANVARIAS  
A • MDCCCXIII  
ANGELVS • FERRARESIVS  
CVM • ANNA • CORAZZA  
MATRE  
P • PATRI • ET • SORORI  
VOS • IN • PACE •  • FACIAT



EPITAPHIA  
SEPVLCRORVM IN LATORVM

---

( i )

MONUMENTVM  
QVOD  
STEPHANVS · BARGELLINVS  
IN · COENOBIO · FRATRV · AVGVSTINIANOR ·  
AD · AEDEM · MARIAE · MISERICORDIS  
EXTRA · POMOERIVM  
ANNO · MCCCCLXXXVIII  
OSSIBVS · SVIS · FIERI · IVSSERAT  
ET · VINCENTIVS · BARGELLINVS · COM · SEN ·  
AGNATVS · EIVS  
NOVA · EXAEDIFICATIONE  
INTERCLVSVM  
OSSIBVS · ISDEM · RECOGNITIS  
ANNO · MDCCXX  
IN · CONSPETCIOREM · COENOBII · LOCVM ·  
TRANSTVLERAT  
FRATRIBVS · INDE · AMOTIS  
COENOBIOQUE · PVBLICATO  
HVC · INVECTVM  
ANNO · MDCCX

( II )

MVNGOTIA IULI OSSA  
 FRATRVM · FRANCISCALIVM · CAPVLATORVM  
 EX · EORVM · COEMETERIO  
 POST · ANNOS · CCXXXXV  
 CVM · COENOBIO · ET · AEDE  
 PVBLICATO  
 PROFANVMQVE · IN · VSVM · ADDICTO  
 INLATA · A · MDCCCX  
 PIETATIS · CAVSSA

( III )

CAROLO · BROSCHIO · FARINELLI  
 DOMO · ANDRIA · INCOLAE · BONONIENS  
 A · REGE · HISPANIARVM · FERDINANDO · VI  
 INTER · EQVITES · ORETANOS · ADLECTO  
 QVI · OB · CANTVS · EXCELLENTIAM  
 LATE · PER · EVROPAM · INCLARVIT  
 IDEM · PROBVS · ERVDITVS · COMIS  
 IN · EXEMPLVM · PIVS · BENEFICVS  
 VIX · A · LXXVIII · DEC · XIII · K · OCT · A · MDCCCLXXXI  
 CAROLOTTA · PISANIA · LVCCIA · SORORIS · N ·  
 CINERIB · INLATIS · EX · AEDE  
 QVAE · FVIT · FRATRVM · FRANCISCAL · CAPVLATOR ·  
 A · MDCCCX · F · C ·

( IIII )

VICTORIAE · IOAN · BAPTISTAE · F · A · TVRRE  
 CONIVGI · ♂ · PAVLLI · MONTEVENTI  
 FEMINAE · PIAE · PRVDENTI · BENIGNAE  
 FORTI · IN · ADVERSIS · MODESTAE · IN · SECUNDIS  
 QVAE · VIX · A · LXXXII · OB · XV · K · JAN · A · MDCCCLXXXVII  
 JOAN · BAPT · MONTEVENTIVS · SAC · DOCT · THEOL ·  
 MATRI · OPTIMAE · FECIT · III · K · NOV · A · MDCCCX  
 CINERIBVS · INLATIS · EX · AEDE  
 QVAE · FVIT · MARIAE · ANGELIANAE

( V )

MEMORIAE · ET · PIETATI  
 KAROLI · ROBERTI · ET · CATHARINAE · CANEVIAE  
 PARENTVM  
 ET · PHILIPPI · PATRVI  
 ET · ANGELAE · ET · GERTRVDAE · FRATRIS · FILIAR ·  
 ET · THERESIAE · CARBONIAE · FRATRIA  
 IOSEPHVS · ROBERTIVS  
 KARMELITES · COENOBI · AD · AED · MARIAE · GRATIARVM  
 QVI · SODALIEBV · POSTREMVS · PRAEFVIT  
 CINERIBVS · INLATIS · EX · AEDE · EADEM  
 P · C · A · MDCCCX  
 VT · QVOS · VNA · COMPLEXA · EST · DOMVS  
 IDEM · CONDERET · SEPVLCRVM

( vi )

ANNO · MDCCCX  
 HVC · TRANSLATAE · SVNT  
 FRANCISCA · THERESIA · A · SANCTO · IOSEPHO  
     ANNOR · LXXXII  
     Θ · A · MDCLXXXXVI  
 MARIA · FRANCISCA · A · SANCTO · ANGELO  
     ANNOR · LXXII  
     Θ · A · MDCCXV  
 ANGELICA · THERESIA · A · SANCTO · ZAMA  
     ANNOR · LXV  
     Θ · A · MDCCCL  
 MARIA · SERAPHINA · A · SANCTISSIMA · TRINITATE  
     ANNOR · XXXI  
     Θ · A · MDCCCLXX  
 SORORES · THERESIANAE · COENOBII  
     QVOD · FVIT · AD · GABRIELIS  
 MARIA · ANGELA · A · SACRA · FAMILIA  
     ANNOR · P · M · LXXI  
     Θ · A · MDCCCLV  
 MARIA · A · IESV  
     ANNOR · LXX  
     Θ · A · MDCCCLXXXIII  
 SORORES · THERESIANAE · COENOBII  
 QVOD · FVIT · AD · IOSEPHI · ET · THERESIAE  
     QVARVM · VTRARVMQVE · CORPORAL  
     INCORRUPTA · SVNT · INSCI

( vii )

A  Ω

ANTONIO · MARIAE · PADOVANIO

FABRO · MVRALI

HOMINI · INNOCENTISSIMO

QUI · EXPERS · LITTERARVM

VTI · FAMA · TRADITVM

DE · DEO · DIVINISQVE · REBUS

MIRA · PANXIT

MATRONAE · GRAVITER · AEGROTANTI

SANITATEM · CAELITVS · IMPETRAVIT

FVTVR · PRAEDIXIT

AD · CRVCEM · ORANS

AB · ANGELO · CORONARI

CONSPPECTVS · EST

VIXIT · A · LXV

DECESSIT · POSTRID · ID · APRIL ·

A · MDCXXXVIIII

CORPV · ARTIFICVM · AD · MARIAE · NIVALIS

CINERIBVS · INLATIS

EX · AEDE

QVAE · FVIT · CAELITVM · VNIVERSORVM

F · C · A · MDCCCXI

SODALI · VETERI · SANCTISSIMO

VIRTVTIS · CAVSSA

ET · IN · SPEM · OPIS

NON · DEFVTVRÆ

( VIII )

OSSA.

FRATRVM·FRANCISCALIVM·REFORMATORM  
EORVMQVE.  
QVI · BENE · DE · COENOBIO · MERVERVNT.  
INLATA · A · MDCCCXII  
EX · AEDE  
QVAE · FVIT · PAVLLI · APOST · IN · MONTE

( VIII )

CAESAR · MARSILIVS · SEN ·  
ANNOR · LXVI · ♂ · X · K · IAN · A · MDCCCLXXV ·  
HELENA · MARISCOTTA · C · F ·  
VXOR · ♂ · PHILIPPI · MARSILII  
ANNOR · LXIII · ♂ · K · IAN · A · MDCCCIII  
HIC · SITI · SVNT ·  
ALOISIVS · MARSILIVS · QVL · ET · DVGLIOLIVS  
FECIT · A · MDCCCXII  
SOBRINO · ET · MATRI  
ET · MARIAE · BARBARINAE · DVGLIOLIAE ·  
VRBANI · VIII · P · M · FRATRIS · F ·  
CAETERISQ · DVGLIOLIIS ·  
INLATIS · CINERIBVS ·  
EX · AEDE ·  
QVAE · FVIT · FRATR · FRANCISCAL · REFORMATOE ·

( x )

LOCVS . SEPVLTVRAE  
 CAMILLI . ACHILLIS . F . GRASSII  
 ⊖ . VI . ID . OCTOBR .  
 A . MDCCLIII  
 ACHILLIS . CAROLI . F . GRASSII  
 ⊖ . XII . KAL . AVG .  
 A . MDCCLX  
 CAROLI . PARIDIS . F . GRASSII  
 ⊖ . III . KAL . SEPTEMBR .  
 A . MDCCCLXXVI  
 IOAN . BAPTISTAE . GRASSII  
 ⊖ . XIII . KAL . OCTOBR .  
 A . MDCCCLXXXVII  
 ANTONII . CAMILLI . F . GRASSII  
 ABBAT . OLIVETANI  
 ⊖ . PRID . NON . NOVEMBR .  
 A . MDCCCLXXXVIII  
 CATHARINAE . TOMASETTAE . GRASSIAE  
 ⊖ . PRID . ID . APRIL .  
 A . MDCCCII  
 QVORVM . CINERES . INLATI . SVNT  
 EX . AEDE  
 QVAE . FVIT . FRATRVM . FRANCISCAL . REFORMATOR .  
 CAMILLVS . GRASSIVS  
 AGNATIS . ET . MATRI  
 F . C .

( xi )

CODINII · FRATRES · IOSEPHVS · MED · ET · ALOISIVS  
 INLATIS · CINERIBVS · MATRIS · ET · SORORIS  
 ET · JOSEPHA · ZONIA  
 VXOR · ♂ · AVGVSTINI · CODINII  
 VTERO · GRAVIS  
 TVTRIX · FILIORVM · QVATVOR  
 INLATIS · CINERIBVS · MARITI · ET · FILIAE  
 FECERVNT · SIBI · SVISQVE

( xii )

FRANCISCO · ANTONIO · VNGARELLIO  
 ANNOR · LXXV · ♂ · VIII · K · SEPT · A · MDCCGII  
 ANNAE · SPINELLIAE · VXORI · EIVS  
 ANNOR · LXVII · ♂ · V · ID · FEBRVAR · A · MDCCC  
 MARIANNAE · VNGARELLIAE  
 QVAE · ET · CERIOLIA · ET · VENTVROLIA  
 ANNOR · XXXV · ♂ · VI · ID · SEPT · A · MDCCCLXXXI  
 IACOBO · PHILIPPO · VNGARELLIO  
 ANNOR · XXXII · ♂ · XVI · K · APR · A · MDCCCXII  
 IOSEPHVS · ANTONIVS · VNGARELLIVS  
 FECIT · PARENTIBVS · ET · SORORI · ET · FRATRI  
 ET · SIBI  
 INLATIS · CINERIBVS · MATRIS · SORORISQVE  
 EX · AEDE · SACROSANCTI · CORPORIS · IESV

( XIII )


ZACHARIAS · BANTIVS  
SEPVLCRVM · VXSORIS · CARISSIMAE  
E · SOLO · PECVNIA · SVA · EMPTO  
PORTAE · APERIVNDAE · CAVSSA  
TRANSLATVM  
NOVO · CVLTV · EXORNANDVM  
CVRAVIT · A · MDCCCXIII

( XIV )

ALEXANDRO · ZAMBECCARIO  
VIRO · PATRICIA · NOBILITATE  
DVCTORI · MILITVM · TERRA · MARIQVE · CLARISSIMO  
VICTORIA · RVSCELLAIA  
CONIVGI · PIENTISSIMO · INCOMPARABILI  
P · A · MDLXXI  
DIAMANTE · NEGRINIA · ZAMBECCARIA  
ET · FILII · TRES  
INFERENDVM · CVRAVERE · A · MDCCCXIII  
EX · AEDE · QVAE · FVIT · FRANCISCI · ASISINATIS  
EFFIGIE · ET · CINERIBVS · SVPERADDITIS  
FRANCISCI · IOANNIS · COM · F · ZAMBECCARII  
SVBPRAEF · NAVIS · IN · CLASS · HISPANIC · ET · RVTHEN ·  
MATHEMATICI · ET · AERONAVTAE  
MARITI · ET · PATRIS · CARISSIMI

( xv )

HIC · SITVS · EST  
IGNATIUS · MELLINIUS · SAC ·  
ADLECTVS · INTER · FRATRES · FRANCISCAL · CAPVLATOS  
QVI · FVERE · BONONIAE · EXTRA · POMOERIVM  
PRAEFVIT · A · V · HOSPIT · REGIO · OLISIPONENS · ORD · SVI  
PROVINCIAS · SARDINIAE · INSVLAE  
CENSOR · SODALIVM · RITE · OBIVIT  
SACRAS · EXPEDITIONES · ET · CONCIONES · QVADRAGENAR ·  
PER · ITALIAM · EGIT  
VIXIT · A · LXIII · M · VIII · D · XXVIIII  
OMNIBVS · MVNERIBVS · SANCTE · PERFVNCTVS  
DECESSIT · IIII · ID · MAIAS · A · MDCCCXII  
ANTONIUS · ET · GEORGIVS · ET · ALOISIVS · SAC ·  
FRATRI · PIENTISSIMO · CARISSIMO · F · C ·  
MON · INLATVM · X · KAL · QVINT · A · MDCCCXIII  
EX · COEMETERIO · AEDIS · MARIANAE · AD · CASAGLIAM  
CVRA · RT · IMPENSA · ALOISII · MELLINII · SAC ·  
HONORIS · PIETATISQVE · CAVSSA



## EPITAPHIA POETICA

( i )

**P** IOSEPHO · BIGATTO **P**  
 HOMINI · HONESTISSIMO  
 QUI · VIXIT · A · LXIII  
 DECESSIT · POSTRID · ID · FEBRVAR · A · MDCCCVIII  
 DANIELA · POLLACCO  
 VXOR  
 CVM · LACRIMIS  
 NVMINIS · OBTVTV · FRVERIS · IAM · QUI · OPTIME · CONIVX  
 PROTINVS · OH · TECVM · FAXIS · ET · IPSA · FRVAR

( ii )

**P** ALOISIO · GIROLDELLIO **P**  
 ANNOR · XII · MENS · III · DIER · VIII  
 ABREPTO · IDIB · MARTIIS · A · MDCCCVIII  
 PETRVS · GIROLDELLIVS  
 CVM · GERTRVDA · MORANIA  
 FILIO · INNOCENTISSIMO  
 FORTVNATE · PVER · QVEM · NON · TETERRIMA · CEPIT  
 FRAVS · SATANAЕ · MVNDI · NEVE · LVES · TETIGIT  
 VERVM · INTENTATVS · CELERIS · DISCRIMINE · VITAE  
 ALTER · CAELIGENVM · PENNIGER · ASTRA · PETIS

( III )

**P** GERTRVDAE **P**

INFANTI

ANGELVS · BERSANVS  
 CVM · THERESIA · TRIACHINIA · VXORE  
 POSVIT · FILIOLAE · DVLCISSIMAE  
 QVAE · VIXIT · D · VI · H · XVII  
 DECESSIT · XII · K · APRIL · A · MDCCCVIII  
 QVAE · TE · GNATA · MEO · POTVI · LACTARE · PERICLO  
 MENE · ERGO · MATREM · LINQVERE · NON · DVBITAS  
 HAVD · VLTRO · LIQVI · SED · IVSSA · ABIIT · ASTRAQVE · NVNC · MS  
 PRO · LACTE · ADSPICIVNT · PASCIER · AMBROSIA

( IIII )

MARIAE · LVCRETIAE · MALDINIAE

PETRVS · MALDINIVS

CVM · IACOBA · MANARESIA · CONIVQE

FECIT · FILIOLAE · BELLVLAE

SCITVLAE · FESTIVAE

VIXIT · A · I · M · I · D · XV

OBIIT · POSTRID · N · JAN · A · MDCCGX

FLOS · FVERAS · NATA · ET · VELVTI · FLOS · INTERIISTI

FALLOR · NAMQ' E · HORTO · VVIS · IN · AETHERIO

HAVD · HIEMEM · PASSVRA · INTER · VIOLASQVE · ROSASQVE

OH · FELIX · QVANTVM · CONSITA · PERPETVAS

( v )



CATHARINAE · IORIAE

CLARA · IORIA · GHIRELLIA

SORORI · AMANTISSIMAE

AH·VALE·IAM·MORIENS·SOROR·O·DVLCISSIMA·DIXTI  
HEV·FVNCTAE·AETERNVM·NVNC·TIBI·REDDO·VALE

VIXIT · A · XXII

DECESSIT · VI · ID · IVNIAS

ANNO · MDCCCX

( vi )



CAESARI · MILZETTO



INFANTI · BIMVLO

QVI · DECESSIT · POSTRID · KAL · SEXTILES

A · M · DCCC · X

FRANCISCVS · MILZETTVS

ET · HYACINTHA · MARCHETTA

PARENTES

E·CAELO·VENIT·PETUIT·CAELVM·ILLICO·DIGNVS  
CAELESTI · PVERO · NON · ERAT · HICCE · LOCVS

(vii)

**P** HENRICILLAE **P**

INFANTVLAE · MENS · III · DIER · XXIII,

ALOISIVS · BOLOGNA,

ET · MARIANNA · LOCATELLIA,

PARENTES · F ·

RAPTA · EST · VI · ID · MAIAS · A · MDCCCXI

OMIHI · IVCVNDI · O · QVOS · LINQVO · VALETE · PARENTES ·

QVAM · NIMIVM · A · VOBIS · COGOR · ABIRE · PROCVL ·

(viii)

PAVLLO · AEMILIO

INFANTI

VNCIOLAE · AD · LAVINVM · MEDIVM ·

LACTENTI

QVI · NATVS · DIES · XVII · HORAS · IIII ·

OBIIT · III · KAL · APRIL ·

A · MDCCCXI ·

ANT · SANTIVS · FRAVOLINIVS · DOCT · IVR ·

FILIOLO · OPTATISSIMO

QVEM · MARIANNA · DALBELLO ·

MATER ·

DOLORE · INSOLABILI · PROSEQVITVR ·

MUTRIX · PROH · DVRVM · RAPVIT · MEO · AB · VBERE · NATVM ·

NATVM · MORS · MIHI · PROH · DVRIVS · ECCE · RAPIT ·

( VIII )

**P**

BERNARDO · JOSEPHI · F · GAMBERINIO  
 DOCTORI · IURIS · CIVILIS · ET · CRIMINALIS.  
 CAVSSIDICO · DESIGNATO.  
 QUI · VIXIT · A · XXXII · M · I · D · III  
 DECESSIT · XII · KAL · MART · A · MDCCCXII  
 CAELESTINA · LISIA  
 HERES · VSFRVCTVARIA.  
 SPONSA · EIVS

NON · TVA · QVAE · FVERANT · MIHI · TE · OBVENIRE · VOLEBAM  
 TE · SINE · QVID · MISERAM · VEL · TVA · DONA · IVVENT

( X )

CINERIBVS · ET · MEMORIAE  
 MARIAE · BRADAMANTES  
 INFANTIS  
 QVAE · CAESO · MATRIS · VTERO  
 NATA · III · ID · MAIAS · A · MDCCCXII  
 POST · H · DIMIDIAM · DECESSIT  
 IACOBVS · BECCATELLVS · GRIMALDIVS.  
 ET · VIOLANTE · BOVIA

PARENTES

AVT · Matri · AVT · GNATAE · EST · OBEVNDVM · GNATAQVE · OBIVIT  
 SCILICET · VT · DE · ANNIS · VIVERET · ILLA · SVIS.

( xi )



CAIETANO



INFANTI

ANGELVS · MICHAEL · GVASTAVILLANVS

CVM · VIRGINIA · MERENDONIA

VXORE

FECIT · FILIO · QVADRIMESTRI

QVI · RAPTUS · EST · VI · ID · IVN · A · MDCCCXII

VALE · MI · ANIMVLE · MEA · VITA

MEA · FESTIVITAS

SPARGE · ROSAS · HYACINTHOS QVE · HOSPES · SPARGE · AMARANTHOS  
RECTE · FLORE · LITAS · FLOSCVLVS · ILLE · FVIT

( xii )

VINCENTIO · GALATEO

DOMO · VTINO

QVI · NATVS · BRIXIAE · OBIIT · BONONIAE  
III · N · DECEMBER · A · MDCCCXII · AGENS · A · XIII  
ANTONIVS · GALATEVS · EQ ·

ET · VIRGINIA · MALAGVGINIA

PARENTES

CREMONAM · CONCESSVRI

F ·

LINQVIMVS · AT · TVA · NON · OMNES · HEV · LINQVIMVS · ARVA  
FELSINA · PARS · TECVM · MAXIMA · NOSTRA · MANET

( xii )

A  Ω

MEMORIAE · ET · CINERIBVS  
 IOANNIS · BAPTISTAE · GRASSELLI  
 DOMO · REGIO · LEPIDI  
 ANNOR · XVIII  
 COOPTATI · IN · CORPVS · DISCIPVLOR · ARCHIGYMN ·  
 IVRISPRVDENTIAE · ADDISCENDAE  
 ADOLESCENTIS · MORVM · SVAVISSIMORVM  
 DVPLICI · PVGIONIS · ICTV ·  
 EX · INSIDIIS · INTERFECTI  
 HI · ID · MAIAS · A · MDCCCXIII  
 CONDISCIPVLI  
 CASVM · TETERRIMVM · COMPLORANTES  
 F · C ·

INTEGER · ANNORVM · MORVM · INTEGER · INGENIOSVS  
 ABLATVS · SVBITO · EST · ET · PATRIAE · ET · DOMVI  
 HEV · PATREM · HEV · MATREM · FRATREMQVE · HEV · VOSQVE · SORORES  
 VOSQVE · SODALES · HEV · PERCVLIT · VNA · MANVS  
 STET · CARVM · NOMEN · TVMVLO · DEFLETA · QVIESCANT  
 OSSA · ANIMA · INSIDEAT · CANDIDA · SIDERIEVS



( xiii )

CLOELIAE · MARIAE · GAVDENTIAE  
 PVELLAE · ANNOR · III · MENS · IIII · DIER · XIII  
 FORMOSVLAE · DOCILI · INGENIOSAE · RAETER · AETATE M  
 VARIOLAR · VI · ABSVMPTAE · V · K · NOV · A · MDCCCXIII  
 PHIL · GAVDENTIVS · ADV · CVM · IOANNA · PARASISIA · CON ·  
 FILIAE · CARISSIMAE

MORS · ADERAT · MATREM · TELO · PETITVRA · CRVENTO  
 ME · PETUIT · MATRI · PARCERE · QVAM · MELIVS

( xv )

CAMILLVS · ZAMBECCARIVS

INFANS · DIER · XI · HORAR · V


RAPTVS · VI · K · JAN · ANNO · MDCCCXIII  
 HIC · SITVS · SVM

QVAE · INSONTVM · CAELO · NATALEM · INSTAVRAT · HONOREM  
 INFANTVM · ALMA · DIES · ME · VEHIT · AD · SVPEROS  
 CREDE · PATER · GNATO · ET · TV · MATER · LAETIOR · VLLA  
 NON · EST · INFANTI · QVA · PETAT · ASTRA · DIES

IACOBVS · ZAMBECCARIVS · ET · MARIANNA · BOSCOLA

MARCHIONES

FECERVNT · FILIO · VNICO · DESIDERATISSIMO



## NOMINA EORVM

## QVORVM EPITAPHIA

IN SINGVLIS LIBELLI PAGINI\$ CONTINENTVR

A			
Abergatae	Cavalcae	Baldoniae Theresiae	74
Sulpitiae	pag. 76	Ballariniae Cajetanae	57
Aldrovandae Helenillae	117	Bandierae Calorioe Lu-	
Aldrovandiae Anastasiae	92	ciae	100
Algardiae Facciae Marian-		Bandierae Claudiæ	55
nae	58	Bandierae Rodatae Annae	101
Ambrosiae Govoniæ Ma-		Bantiae Giorgiae Birgit-	
riæ	86	tae	159
a s. Angelo Mariæ Fran-		Baratti Ioan. Baptistae	124
ciscae	154	Barbariniae Dugilloliae Ma-	
Ansaloniae Marchiac Ca-		riæ	156
tharinae	55	Barbazzii Manzollii Ferdi-	
Anterminelli a Robore		nandi	13
Castracani Fibbiae Fa-		Barbieriae Capurriae Ca-	
brili Negrii Gratiani	48	tharinae	64
Antinorii Paschalis	7	Barbieriae Tintiae Gertru-	
Antonelliae Neriae Clau-		dæ	61
diae	71	Bargellini Stephani	151
de Antoniis Berniae Jo-		Barillii Aloisii	20
sephinae	79	Baroniae Giordaniae Ca-	
Antoniniae Ludovicæ	141	tharinae	84
Areostae Bevilacquæ San-		Bartoli Vinc. Venantii	133
clementianæ Vellutiae		Bassanæ Clementijæ	116
Zatiae Rosaliae	82	Bassani Herculis	107
Argelatae Fontanae Can-		Bavosii Hieronymi	13
didae	66	Bazzani Petronii	25
Arientiae Gualandiae Al-		Bazzaniae Spisaniae Ger-	
bæ	54	trudæ	94
Astolfiae Sutter Mariae	91	Beccatellæ Grimaldiae Ma-	
Attili Ioan. Dominici	36	riæ Bradamantes	165
Azzoguidii Germani	52	Becchettæ Zanettæ Ca-	
		rolinae	78
		Belluzziae Vialiae Zabal-	
Baglioniae Brusæ Marga-		dianæ Margaritæ	95
ritæ	54	Belluzzii Josephi	40
		Belvederiae Rosaliae	137
		Benedettii Sartorini Pe-	
		tri	46

Benelli Ant. Mariae	48	Calegariae Tartariniae An-
Benezeti Victorii Marii	34	toniae 143
Bentivoglii Caroli	8	Calegarii Iosephi ib.
Bentivogliae Sampieriae Fre-		Caloriae Bandierae Lu-
diae Annae	93	clae 100
Berolae de Antenilis Io-		Candli Cajetani 13
sophinae	79	Canetulae Robertiae Ca-
Bersanae Gertrudae	162	thariniae 153
Bertelliae Cavallazziae		Canonicii Caprarae Alo-
Annae	72	sii 21
Bertelliae Naneritiae Annae		Cappiae Muratoriae Do-
Mariae	75	minicæ 60
Bertiae Almæ Felicis	145	Caprarae Canonicii Alo-
Bettinii Dominici Mariae	30	sii 21
Bevilacquae Areostae Vel-		Capulatorum Fratrum Fran-
Iutiae Zatiæ Sanctiemen-		ciscallum 152
tianæ Rosaliae	82	Capuriae Barbieriae Ca-
Bevilacqua Iosephi	109	thariniae 64
Blancanae Casolariæ An-		Carboniae Robertiae Ca-
næ	71	thariniae 153
Bianchettae Montiae Au-		Carratae Aloisiae 89
reliae	88	Carratae Palmillæ 120
Biedae Matthæi	24	Carrati Baltassaris 27
Bigatti Iosephi	161	Casalgrandi Muratorii
Boldrinii Ioachimi	147	Francisci 10
Boldrinii Iosephi	ib.	Casazzæ Theresiliæ 118
Bolis Theresiae	80	Casolariae Blancanae An-
Bolognae Henricillæ	164	næ 71
Bonazziae Mar. Angelicæ	140	Castelliae Lucretiae 88
Bondiae Viterbiae Gertru-		Castelliae Rossiae Con-
dae	96	tiae Iuniperæ 68
Bonomii Augustini	122	Castellii Iosephi 148
Boschiæ Mezzettæ He-		Castracani Anterminelli
lenæ	78	a Robore Fibbiae Fabrii
Boschii Melchioris	22	Negril Gratiani 48
Bottigiarli Eduardilli	112	Cattranei de Volta Iona.
Breventianæ Minghettiae		Baptistæ Iacobi Mariae
Mariae	75	Sebastiani 37
Broschii Parinelli Caroli	152	Cattranæ Gambarinæ
Brusæ Baglioniaæ Marga-		Birgittæ 98
ritæ	54	Cattoiae Ioannis 42
Brusæ Iacobi	50	Cavalcae Albergatae Sul-
Buffoniae Palazzettæ An-		pitiae 76
næ	105	Cavallazziae Bertelliae
		Annae 72
G.		Cavalliae Tortiae Annae 97
Calcagniniaæ Ang. Már.		Cavaræ Donatae Mariae 79
Theresiacæ	138	Cavazzoni Zanotti Hippolyti 16

Cenerae Coppae Theresiae	83	Dottiae Cortelliniae Annae	An-
Cerioliæ Venturollæ Vngarelliæ Mariannæ	158	ib.	ib.
Cermasiae a Monte Annæ	63	Dozzæ Grassettæ Mariæ	87
Ceronetti Aloisii	7	Draghettae Migliollæ Rosallæ	94
Chiarelli Pannini Nicolai	129	Dugliolæ Barbarinæ Mariæ	156
Cimbaloniacæ Codiniae Mariæ Magdalenaæ	58	E	
Cintæ Ghediniae Cajetanae	65	Elephantutiae de Ezpeleta Elisabethæ	77
Cintil Iacobi	26	Elephantutiae Rosallæ	142
Cocchil Thomæ	50	Emilianæ Regazziaæ Negriniæ Rosæ	99
Codiniae Cimbaloniacæ Mariæ Magdalenaæ	58	de Ezpeleta Elephantutiae Elisabethæ	77
Codinii Leopoldi Felicis	130	F	
Codiniorum	158	Fabbriæ Gamberinæ Theresiae	67
Collil Ioan. Baptistaræ	45	Fabriæ Frassinetæ Mariæ	83
Collæ Soldatæ Franciscæ	102	Fabriæ Guidettæ Marianæ	62
Centavalliae Grandiae Paulæ	ib.	Fabriæ Mondinæ Barbaræ	95
Contiat Rossiae Castellæ Juniperæ	68	Fabril Aloisii	3
Continellæ Deluccæ Annae	85	Fabril Fibbiae Castracani Anterminelli a Robore	
Conventæ M. Magd.	159	Negriniæ Gratiani	48
Coppæ Ceneræ Theresiae	83	Fabriæ Francisci	33
Cornetæ Sartiae Mariæ	89	Fabriæ Ioan. Josephi	9
Cortelliniae Dottiae Annae	149	Facciae Algardiæ Marianæ	58
Costettæ Gertrudilæ	118	Falardiae Carolinæ	116
Cremoninii Placidi Caroli	10	Fallopiae Zanetti Cassaris Camilli	32
Curigher Rasorise Gertrudæ	76	a sacr. Familia Mariæ Angelæ	154
Curtil Petri	2	Farinellil Broshil Caroli	152
Curtiae Salioniaz Ursulae	104	Felicioriae Schiassiae Theresiae	87
D		Ferraresiae Josephæ	150
Dalpurga Rodolfiae Angelæ M. Dariae	84	Ferraresii Ferdinandi	ib.
Deluccæ Continellæ Annae	85	Ferrise Marzocchiae Theresiae	147
Donatae Cavarae Mariæ	79	Fibbiae Fabril Castracani	
Donati Ioannis	38	Anterminelli a Robore	
Donesmundæ Rattæ Aemilliae	73	Negrili Gratiani	48
Dosil Franc. Xaverii	44		
Dottii Salvatoris	149		

de Filsek Moser Antonii	24	Giordaniae Baroniae Ca-
Fioriae Riguzziae Annae	103	tharinæ 84
Fontanae Argelatae Can-		Giorgiae Bantiae Birgittae 159
didae	66	Giroldellii Aloisii 161
Fontanae Petronii	44	Gnudii Petri 131
Forestii Ludovici	40	Govoniae Ambrosiae Ma-
Fornasatiae Aloisiae	119	rlæ 85
Fornasiniae Franzoniae		Gozzoli Petri Antonii 128
Gertrudæ	81	Gozzoli Rodulphi 132
Fornasinii Cajetani	108	Grabinskiae Constantiae
Franceschiae Pasiae Ger-		Mariae 120
trudæ	93	Grandiae Aemiliæ 61
Franciae Annae	81	Grandiae Contavalliae
Franciae Francisci	29	Paulæ 102
Franzoniae Fornasiniae		Grassellii Ioan. Baptiste 167
Gertrudæ	81	Grassettae Dozzæ Mariae 87
Frassinetae Fabriae Ma-		Grassiae Tomasettae Ca-
riae	83	tharinæ 157
Fravelinii Santii Pauli		Grassi Achillis ib.
Aemilii	164	Grassi Antonii ib.
Frediae Sampieriae Ben-		Grassi Camilli ib.
tivolæ	93	Grassi Caroli ib.
dela Fuenti Petri	49	Grassi Ioan. Baptiste ib.
		Grimaldiæ Beccatellæ Ma-
		riae Bradamantes 165
		Cualandiae Arrientiae Al-
Gaggiolli Antonii	125	bæ 54
Galatæ Vincentii	166	Guarmanæ Taruffiae Ma-
Galazzii Dominici	126	rlæ 90
Galletti Antonii	148	Guastavilliane Merendo-
Gambarinæ Cattaniae		niae Virginiae 86
Birgittæ	98	Guastavillani Cajetani 166
Gambarinii Josephi	122	Guglielminiae Nicolæ
Gamberinæ Fabbriæ The-		Annae 65
resiae	67	Guidettæ Fabriae Marian-
Gamberinii Bernardi	165	næ 62
Gambini Francisci	123	Guidiciniae Mariae The-
Gandolfii Aloisii Vlacen-		resiae 70
til	135	Guldottæ Zambecariae
Gandolfi Angeli	5	Doretheæ 77
Gandolfi Ioan. Pauli	39	Guidotti Mezzavacchæ
Gaudentiaæ Cloeliae Ma-		Hannibalis 15
riae	168	Guizzii Petri 134
Ghedinæ Cintæ Cajetanae	65	
Ghinii Aloisii	43	H
Ghinii Parisii	125	Herculanæ Zagnonias Be-
Gibellii Laurentii	32	nedictæ 92
Giganninii Angeli Ant.	132	Herculanæ Pyrithei 109


I		Manzolii Barbazzli Ferdi-	
a Jesu Mariae	154	nandi	13
Iorae Catharinae	163	Maranesii Paulli Gasparis	3
a s. Iosepho Franciscat		Marchesii Blasii	23
Theresiae	154	Marchettæ Matteiæ Apol-	
		Ioniae	97
K		Marchiae Ansaloniae Ca-	
Kevenhiller de la Tour		tharinae	55
Taxis M. Theresiae	33	Mariscottæ Marsiliae He-	
L		lenae	156
Laghii Archangeli	128	Mariscotti Galeatii	121
Lambertinii Thomae	27	Marsiliae Mariscottæ He-	
Landii Caesaris	107	lenae	156
Lazzari Iacobi	1	Marsiliæ Persianiae Pi-	
Lazzari Iosephi	19	storiniae M. Theresiae	90
Lelliae Ognibeniae Fran-		Marsilli Caesaris	156
ciscae	98	Marzocchiae Ferriae The-	
Linii Philippi	33	resiae	147
Lipparinii Philippi	8	Marzocthi Cajetani	ib.
Lodii Friderici	51	Matteiæ Marchettæ Apol-	
Lolliae Morandiae Iusti-		loniae	97
næ	106	Mazzolanii Philippi	17
Lolliae Zecchiniae There-		Mazzonii Petri Alexandri	135
siae	64	Mellinii Ant. Rochi	35
M		Mellinii Ignatii	160
Magagnolii Dominici	35	Menghiniæ Dominicæ	59
Magagnolii Iosephi	39	Merendoniae Guastavil-	
Magnanii Antonii	127	lanae Virginiae	86
Magoni Ignatii	4	Merendoniae Rattæ He-	
Magnoniae Montanariae		lenae	66
Clementinæ	100	Mezzavacchæ Guidotti	
Magnonii Petri	136	Hannibalis	16
Maldiniaæ M. Lucretiae	162	Mezzettæ Boschiae Hele-	
Malvasiae Zambeccariae		nae	78
Eleonoræ	90	Migliollæ Draghettae Ro-	
Malvetiae Fortunatae	139	sallæ	94
Malvetiae Tortorelliae Ma-		Mizzetti Caesaris	163
riae Virginiae	56	Mignaniae Paullæ	138
Manaresii Ioan. Baptistae	34	Minelli Ioan. Philippi	5
Mancinii Nicolai	15	Minghettiae Breventianiae	
Mandintii Ioan. Baptistae	19	Mariæ	75
Mantovanii Ioannis	12	Mioliae Annae	115
Manziae Nascentorlae		Modonesiae Napoliae Ma-	
Stoffer Annæ	70	rianae	103
		Molinelli Ioan. Petri	28
		Mondiniaæ Fabriae Barba-	
		rae	95
		Montagnaniae Donatillæ	
		Dominicæ	69

Montanariae Magnoniae-		Noriegae Ioan. Chryso-
Clementinae	100	stomi
Montanarii Henricilli	112	
Montanarii Titi	113	O
a Monte Cermasiae Annae	63	
Monteventiae a Turre Vic-		Ognibeniae Lelliæ Fran-
toriae	153	ciscae
Montiae Blanchettæ Au-		P
reliae	88	
Montiae Solimelæ Caro-		Padovanii Antonii Marie
lottæ	104	155
Montii Ioannis Raphælli	112	Palazzettæ Buffoniae An-
Montii Iosephi	23	nae
Montii Ludovici	113	105
Morandiae Lolliæ Iusti-		Pallortæ dal Re Candidæ
nae	106	144
Morandiae Regazziae Clau-		Pancaldiae Mar. Matildæ
diae	74	141
Moreschii Caesaris	45	Pancaldii Antonii
Moreschii Ignatii	39	145
Moser de Filsk Antonii	24	Pancaldii Petri
Muratoriae Cappiae Do-		ib.
minicæ	60	Panfilii Pli
Muratorii Cassalgrandji		30
Francisci	10	Panninii Chiarelli Nicolai
Muratorii Onuphrij	6	129
Muttonii Victoris	22	Paolinii Iosephi
		31
N.		Parisinii Archangeli
Nadil Iosephi	47	29
Naldiae Virginiae	115	Pasiae Franceschiae Ger-
Nanettae Bertelliae Annae		trudæ
Mariae		93
Nannuzzii Laurentii	110	Pasil Joachimi
Napoliae Modonesiae Ma-		121
rianoe		Passarotti Paschalij
Nascentoriae Manziae		17
Stoffer Annae	70	Passeri Ioan. Baptistae
Negril Fibbiae Fabrii Ca-		130
stracani Anterminelli a		Patuzzii Ludovici
Robore Gratiani	48	126
Negril Pauli	31	Paveri Ioan. Baptistae
Negriniae Regazziae Emi-		130
lianæ Rosae	99	Pedrazzii Prosperi
Neriae Antonelliae Clau-		43
diae	71	Pedrellii Iosephis
Nicoliae Guglielminiae An-		20
nae	65	Pellegriniai Veliae Cle-
		mentinae
		96
		Pepuli Richardi
		11
		Persianiae Marsiliæ Pisto-
		rinæ M. Theresiae
		90
		Petramellarae Aureliae
		118
		Pettinii Iosephi
		14
		Pianizzæ Zanettæ Clau-
		diae
		101
		Pilottae Judithæ
		117
		Pistoriniae Persianiae Mar-
		sillæ M. Theresiae
		90
		Polzii Iosephi
		21
		Portogallii Aloisii
		11
		Preti Ludovici
		123
		R.
		Radisiniæ Annae Catha-
		rinæ
		140

	S
Rampionesiae Ang. Mar.	
Xaveriae	137
Ranutiae Tanariae Isabel-	
iae	149
Rasoriae Curigher Gerru-	
dae	76
Rattae Donesmundae Ac-	
miliae	73
Rattae Iosephi Mariae	108
Rattae Merendoniae Hele-	
niae	66
dal Re Josephillae	144
dal Re Pallottae Candidae	ib.
Reformatorum Fratrum	
Franciscalium	156
Regazziae Emilianaes Ne-	
griniae Rosae	99
Regazziae Morandiae Clau-	
diae	74
Reggianiae Mariannaes	57
Riguzziae Floriae Annae	103
Rinierii Benedicti	25
Rizzoli Aloisii	144
Rizzoli Petronii	ib.
Robertiae Angelae	113
Robertiae Canetulae Ca-	
thariniae	ib.
Robertiae Carboniae The-	
resiae	ib.
Robertiae Gertrudae	ib.
Robertii Karoli	ib.
Robertii Philippi	ib.
a Robore Anterminelli	
Castracani Fibbiae Fa-	
bril Negril Gratiani	48
Rodatae Bandieraes Annae	101
Rodolfiae Dalpurgae An-	
geliae M. Dariae	84
Romagnoliae Theresiae	83
Romanzii Scurii Hippolyti	9
Roncae Annae	145
Roncae Petri	ib.
Rosae Gamilli	41
Rosinii Karoli Iosephi	18
Rossiae Adelaidis	57
Rossiae Contiae Castel-	
liae funiperae	68
Rossiae Tognettae Mariae	56
Rovatti Vbaldi	36
Saladinii Hieronymi	131
Salloniae Curtiae Ursulae	104
Salvatoriae Toniae Annae	60
Sampieriae Frediae Bentiv-	
olae Annae	93
Sanclementianae Vellutiae	
Zatiae Bevilacquae Areo-	
stae Rosaliae	82
Sandelli Francisci	6
Santagatae Aloisii	182
Santii Fravolinii Paulli	
Aemillii	164
Sartiae Cornetae Mariae	89
Sartiae Sormaniae Mariae	
Theresiae	91
Sartorii Benedettii Petri	46
Savioliae Werner Maxi-	
milianae	146
Savioliae Wunscwitz	
Theresiae	ib.
Saviolii Alexandri	ib.
Scarpellii Antonii	133
Scarselliae Annae	146
Scarselliae Gertrudae	ib.
Scarselliae Vittoriae Ma-	
riae Magd.	72
Scarselli Dominici	146
Schiassiae Felicoriae The-	
resiae	87
Scurii Romanzii Hippolyti	9
Berrae Vincentii	18
Socinii Philippi	42
Soldatae Colliae Franci-	
scae	102
Solierii Philippi	15
Sollmeiae Cathariniae	117
Sollmeiae Montiae Caro-	
lottae	104
Sormaniae Sartiae Mar.	
Theresiae	91
Spinelliae Yugarelliae An-	
nae	158
Spisamiae Bazzaniae Ger-	
trudae	94
Stofer Nascentoriae Man-	
ziae Annae	70
Storaniae Mariae	139

Sutter Astolfiae Mariae.	91	Venturoliae Cerioliae Vngarelliae Mariannae	158
T		Vialiae Zabaldaniae Belluzziae Margaritae	95
Tagliavini Andreat F. Domini	25	Vicinii Marcelli	114
Tagliavini Joannis F. Domini	2	Viterbiae Bondiae Gertrudae	96
Tanariae Ranutiae Isabela	149	Vittoriae Scarselliae Matriae Magd.	72
Tanarii Aloisii	110	Vngarelliae Cerioliae Venturoliae Mariannae	158
Tartariniae Calegariae Antoniae	143	Vngarelliae Spinelliae Annae	ib.
Taruffiae Guarmanae Matriae	90	Vngarelli Francisci Antonii	ib.
Taxis de la Tour Keven-		Vngarelli Iacobi Philippi	ib.
hiller M. Theresiae	53	Vngarelli Ioan. Camilli	51
Testae Ant. Josephi	41	de Volta Cattanei Ioan.	
Tintiae Barbieriae Gertrudae	61	Baptistae Iacobi Mariae Sebastiani	37
Tognettiae Rossiae Mariae	56		
Tolomelliae Rosae	138		
Tomasellii Petri	14		
Tomasettae Grassiae Cat-			
tharinae	157		
Tombae Josephi	129	Werner Savioliae Maximilianeae	146
Tondelliae Mar. Gertrudae	142	Wunschitz Savioliae Theresiae	ib.
Toniae Salvatoriae Annae	60		
Tontii Paulii	124	Z	
Torriae Cavalliae Annae	97		
Tortorelliae Malvetiae Ma-			
riae Virginiae	56	Zabaldaniae Vialiae Belluzziae Margaritae	95
de la Tour Taxis Rhevener-		Zagnoniae Eleonorae	85
hiller M. Theresiae	53	Zagnoniae Herculanae Benedictae	92
Tribolae Matildae	116	a s. Zama Angelicae Theresiae	154
Tribolae Valeriae	67	Zambeccariae Clementinae	115
a SS. Trinitate Mariae		Zambeccariae Guldottae	
Seraphinae	154	Dorotheae	77
a Turre Monteventiae Vic-		Zambeccariae Malvasiae	
toriae	153	Eleonorae	90
V		Zambeccarii Alexandri	159
Vancini Aloisii	12	Zambeccarii Camilli	168
Veliae Pellegriniae Cle-		Zambeccarii Francisci	159
mentinae	96	Zanchetiae Veronicae	148
Vellutiae Zatiae Sanclementianae Bevilacquae		Zanchetti Raphaelis	ib.
Ageostae Rosaliae	82		

Zanchetti Vincentii	28	Zatiae Vellutiae Sancle-
Zanettæ Becchettæ Ca-		mentianæ Bevilacquæ
rolinae	78	Areostæ Rosaliae 82
Zanettæ Pianizzæ Clau-		Zecchinæ Lolliaæ The-
diae	101	resiae 64
Zanetti Fallopiae Cae-		Ziniæ Theresiae 99
saris Camilli	32	Zinli Iosephi 44
Zanotti Cavazzonii Hip-		Zinli Nicolai 2
polyti	16.	



PHILIPPVS SCHIASSIVS  
IOAN. BAPTISTAE CANTERZANO DOCT. PHYL.  
S · P · D ·

**N**escio enimvero, Canterzane mi suavissime, quā factum sit, quod cum inscriptionum Cœmenterii nostri Specimen alterum editurus cunctas recognoscerem, inscriptionemque Theresiae sororis tuæ cum multis jam delegissem, atque in schedula non secus ac reliquas descripsisset, ut singulas apto ordine collocarem, ea una de loco suo, de manibus, de oculis (dicam etiam amplius; quid enim dissimulem?) de memoria exciderit, neque id ante agnoverim, quam typis liber impressus esset ad calcem usque. Cum enim eorum nomina, quorum inscriptiones inserueram, in indicem ordinarem, sensi tunc primum, miratusque sum inscriptionem decessse sororis tuæ. Quid dixi miratum esse me? Oculis haud fidem adhibebam meis, quod illam non cernerent. Attamen sic se res habuit. Dicere autem vix possum, quam id ægre tulerim, immo quam erubuerim, quam mihi ipse succensuerim. Siccine ego diligens in re, in qua diligentiam abs me adhibitam

maximam præ me ferebam? quid in iis præ-  
stem, in quibus fuerim indiligens? Me ne vero  
oblivisci, quæ sororem tuam, atque adeo quæ  
te, quæ summum virum patrem tuum attingunt?  
Ultro equidem fateor; quo me excusem, nihil  
video. Id unum ajo, atque confirmo, sic me rei  
pudere, ut nesciam, an umquam magis. Quando  
vero alia huic malo medicina adhiberi nulla po-  
test, constitui inscriptionem ipsam seorsim editam  
ad te mittere, quam si velis, cæteris subtexas;  
teque vehementer rogare, uti mihi ignoscas, neque  
prætermissionis hujus caussa (quandoquidem eam  
fato quodam potius dixerim, quam voluntatis  
culpa accidisse) benevolentiae in me tuæ, mihi  
ita vivant carissimæ, atque optatissimæ, quidquam  
detrahas. De quo quidem sic te oro, obtestorque,  
ut majori studio non possim. Gratius vero nihil  
feceris, quam si exoratum te significaveris. Va-  
le; patremque tuum, non patriæ solum, sed Ita-  
liæ universæ lumen, meis verbis etiam atque  
etiam velim salvere jubeas. Iterum vale.

VI, id Majas A. MDCCCVI.

A      ♫      Ω

THERESIAE · SEBASTIANI · EQ · F ·  
CANTERZANAE  
VXORI · Θ · ALOISII · ZANOTTI · PHIL · MED ·  
FEMINAE · SOLLERTIA · ET · PIETATE  
PROBATISSIMAE  
QVAE · VIXIT · A · XXXVI · M · VI · D · XVIII  
OBIIT · XIIII · K · IAN · A · MDCCCVIII  
IVNIPERA · ZANOTTA  
PER · IOAN · BAPTISTAM · CANTERZANVM · PHIL ·  
AVVNCVLVM · ET · TVTOREM  
MATRI · FECIT

# MONITVM

Inscriptio LXXXIII. pag. 42., qua Ioannis  
Cattojæ virtutes enunciantur, jussu D. N.  
PII VII P. M. de Coemeterio amota,  
cheleaque est.